R. P. D. Mercurii Vipere Bene-
uentani Rote sacri Palatii Au-
ditoris Opus de publicis: ⁊
Ciuilibus institutis.

FRANCISCVS AQVILA BENEVENTANVS AD LEONEM X. PONT. MAX.

COmplures ex priſcis uiri ornatiſſimi/
atq; ſapientiſſimi Leo Pontifex Opt.
Max. uariis / miriſq; ſtudiis dum pa-
triã excolerent : cui uel uitã optimus
quiſq; debere arbitrabat'/ĩmortale no
men cõſecuti ſunt. Alii remp. conſilio:
opibus:prudentia: iuſtitia prout & ra
tio/& tempus expetebãt iuuerũt : alii
armis/ diſcriminibus/ ſudore/ ac ſan-
guine patriæ dignitatẽ/ imperiũq; au
xerunt. Hi illoꝝ auxilio/illi hoꝝ uiciſſim indigentes innumera/&
clariſſima facinora ediderũt, ut ſuis erga alios beneficiis ab interi
tu euocarent' : quæ ſcriptores lr̃aꝝ monumentis tradiderũt in ma
ximã poſteris utilitatem . Quoꝝ exempla cum admodũ ſapientũ
animos delectent/multũq; conferant ad humanæ uitæ ornatũ/ ac
decorũ: tũ ad reſp. illoꝝ imitatione gubernãdas:tũ etiã ad uirtutẽ
inſtigãdos mortaliũ animos plurimũ ualent/ac furtim accendũt.
Quoꝝ ptem nõ exiguã Mercurius tuus ex duodecim uiratu Ro-
tæ unus ad lites dirimendas/ iuſtitiãq; adminiſtrandã deputatus
his libellis cõplexus eſt. Qui quũ aliis in audiẽdis placidas/ac be-
nignas aures multũ diuq; porrexiſſet: quũq; animi rigorẽ/& ppen
ſam æquitatẽ alterutris in decernẽdis cauſis obſeruaſſet/ ac pluri-
mũ operę/ſtudii/diligẽtiæ/atq; laboris cõtuliſſet/ſucciſiua ſibi tpa
ſilentio præterire nõ ſinit:quæ uiro qui iuſtitiæ adminiſtrãdæ nõ
parũ conferũt, ſtudio cõſecutus eſt: illis oblectatus mirũ in modũ
modo hũc/ modo illũ autoritate dignũ ſcriptorẽ relegendo multa
egregia excerpſit. Verũ multa alia illis qui in maximis principati
bus uitã exigũt/aut de publicis/aut priuatis rebus conſultãt exco-
gitauit: qui rectores/qui regendi modus/quæue dignitatis officia
admittẽda ſint. Hoc igit' opuſculũ:quod de publicis/ac ciuilibus
inſtitutis inſcribit'/non tñ ad danda ueluti noua præcepta/ ſed ad
animi relaxationẽ:quæ omnia ſuo cuiuſq; ingenio exiſtimãda cõ-
poſuit. Sed cui notior domi/foriſq; adminiſtrandi imperii modus
q̄ tibi ? Cui tãta animi fęcũditas/ tãtaq; præclara ingenii amplitu
do eſt, ut undecũq; eminẽs ad hoc ampliſſimũ dignitatis faſtigiũ
elatus ſis/ q̄uis longe nobilius/ longeq; pręſtantius te cęteros lr̃aꝝ
ſtudio q̄ impio pręcellere grateris: ut Pellæi ſedebat animo. Qua-
ppter ſub tuo maximo nomine huius opuſculi gratata editio ex-
hibetur : Et ſi tuæ nõ æqua autoritati penſanda : liceat tamen ob
inditum tibi litteratoꝝ præſidium/cognomentũ/& huius pauxil-
luli honoris amore nõ dedignari, Vale.

REVERENDI PATRIS DOMINI MERCVRII DE VIPERA BENEVENTANI DVODECIM IVDICVM ROTAE AVDITORIS DE PVBLICIS ET CIVILIBVS INSTITVTIS LIBER PRIMVS.

s I RERVM OMNIVM OPIFEX & moderator deus ipse, qui est omnia / quiq; mundi anima, & uniuersi mens / qui tempoꝝ uices/ætherisq; splendẽtia culmina, qui deniq; maris ueliuoli flamina/atq; inferorum deplorata silentia nutu dispensat suo, cœlumq;/ quod sua est regia/ illi obtemperat, noluit absq; opera illos suæ lucis radios splendidissimos promereri/e/ cœlo pater immortalis filium misit/qui diuino munere professores ueritatis diuinæ longe q̃ humana pateretur natura/redderet firmiores. Siquidem cũ antiquitas illa rudis & agrestis nimiũ, atq; incondita multitudo/ passim in nemoribus agrisq; oberrans ferarum ritu: Quorundã ingenio perspicaci/summa ueluti supra mortales sapientia/ prudentia excellenti, ad mores/ille cœlestis, miseros homines/politicumq; frugem/& cultum melioris uitæ, mortales de se benemeritos reuocauit, tantiq; nõ immemor muneris/maiora cõmoda reges cæterosq; qui reipublicæ ꝓspexere ueluti numina coluerũt uotisq; omnibus cęlo sacrauit. Hoc idem populus ille Israheliticus animo fecit grato/qui quicquid ab illo supręmo numine consecutus esset, Moysi uati acceptum referens/eum assertorem, ducem, legislatorem, dei deniq; optimi maximi internunciũ uenerabatur/atq; illi obtempe rans eum sequebatur. Cum uero lucifer matutinus ille illuxisset/ Christus deus, cuius immensæ atq; infinitæ gloriæ plenitudinem recensere nullus sufficit/ qui quoad uitã in humanis uixit/inenarrabili fortitudine/sũma pietate ductus pro cõmuni omniũ salute/ in illam patriam perennem clausum iter/suis erumnis/laboribus/

ac morte aperiens/ diuinam illam legem euuangelicam/ auſpiciis
melioribus promulgauit. Chriſti autem milites, illius ueſtigiis in
ſiſtentes ſacratiſſimis / ut fortiſſimi atletæ, ipſiſmet nihil parcen-
tes/nullas peregrinationes, nullos labores/ non uigilias ſubterfu-
giendo/honeſtiſſimis actionibus/ diuinæ illius legis enarrationẽ,
omnibus populis diuinitus impartiti fuerunt/ atq; ex omni parte
conſuluere, qui quidem appellatione honeſtiſſima tropheis omni
bus priſcorum maiori laurea honeſtati fuere. Nõ erubuerũt igna
ras gentes docere diuinũ illud euuangelicum uerbum, quas mul
tiplici laqueo hoſtis callidiſſimi/irretitas ſciebant, ſanctiſſimis eo
rum documentis ſoluerunt uincula / & illas deo uero reſtituerũt.
Noſcebant illi nihil eſſe quod amplius mortales ipſos / eorũq; res
publicas deo immortali commendet/eoſq; illi gratos conciliatoſq;
reddat/q̃ omni ſtudio, omni obſeruantia obſequi Chriſtianæ relli
gioni/ eiuſq; ſummo autori. Hæc enim uera pietas eſt, & iuſtitiæ
pars potiſſima/quam profecto & Sexti Empyrici philoſophi gra-
uiſſimi opinione aſſerimus eſſe ſcientiam deum colendi. Mercu-
rius Triſmegiſtus inquit: Notio ſummi dei habenda eſt/quæ qui
dem ex omnibus animalibus ſoli homini contigit / proinde qui
deum ignorat/ aut deſpicit/is nomen dignitatemq; amittit, & cũ
belluis omnino cenſendus eſt. Ipſe etenim homo ad dei cõtempla
tionem creatus/quod & corpis forma indicat/& immortalis mens
noſtra oſtendit. Hinc poeta Sulmonenſis: Os homini ſublime de
dit, cœlumq; uidere: Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere uultus.
Mens equidem noſtra immortalis illud idem teſtatur/quæ capax
eſt diuinoꝝ/meditatur aſſidue/nunq̃ quieſcit. Hinc inq̃ Chriſtus
deus cum in terris cõuerſaretur mortalibus/ in ipſo illa diuina na
tura in terris diuinas peregit operationes / & quemadmodũ eam
decuit/nihil obſiſtentis habuit ab humana forma ei cõiuncta/quo
minus eas perficeret, ſic & humana Saluatore noſtro natura ſuis
perfecte uſa functionibus haud excludebatur a diuina/quin ope-
ra noſtræ immortalitatis pro conditione ſua exerceret. Itaq; diui-
na natura perfecte ſe habuit ſecundum decentiam rationis ipſius

diuinitatis/& humana secundum dignitatem & congruentiam & sortem humanitatis / q̄ hæc perfecte & uere humana, illa diuina opera exquisitissime amplissimeq̧, & sine unius ab altero obstaculo aut confusione exequebatur/ proinde atq̧ in Cigno albo (ut Damascenus inquit) perfectam ipsius operationem perspicimus pariter & candoris/ mouet enim candor oculos/ seq̧ spectabilem præbet / & suæ naturæ comodas olor exercet actiones / seruata tamen natura utriusq̧ eodem indiuiduo ac diuersitate. Itaq̧ si quis recte ac persancte considerare uelit/perspicaciq̧ ingenio/animo, & cogitatione metiri/intelliget profecto mortalium omniũ spem irritam uanam atq̧ imbecillã esse/ nisi a Christo deo rerum omniũ conditore/artifice/architecto/ motore proficiscatur/ proinde innocentes optimosq̧ uiros cernimus diuino numini cõciliatos bene semper sperare/& iccirco/e/periculis manifestis euadere sępius/& ad optatum res exitum nõnunq̃ profligatas atq̧ afflictas perducere. Hęc quidem spes illa habetur/quam Simonides hominũ reginam esse duxit / & Græcorum nonnulli doctissimi affectuum omniũ dulcissimum existimauere. Hinc Periander: Spera ut mortalis/parsimonia utere tanq̃ ĩmortalis/ uir equidem (ut Menander) spebus saluatur/nam spes mortalium mentes pascunt. Sic Hesiodus: Fidere amice decet melius cras forsan habebis. Hinc Comicus: Spe incerta certũ nihil, laborem mihi sustulit. Vnde Vergilius: Heu nihil inuitis fas quenq̃ fidere diuis: Spes abdita suscitat iras. Iulius Polienus: Spes uitæ (inquit) semper furatur mentem, extrema autem aurora multa proueniũt negocia. Quoꝝ sententiis astipulatur Bias Biensis, qui unus ex Gręciæ septem sapientibus fuisse perhibetur. Quandoquidem cõmunis spes inter probos homines mutuã quandam beniuolentiam conciliat. Arbitratur siquidem tum deum rebus eorum consulere, & pręsenti auxilio optime conspirare. Ouidius: Quęcunq̧ ex merito spes uenit æqua uenit. Sic Lucanus: Causa iubet melior superos sperare secũdos. Et Horatius: Terret ambustus Phaeton auaras spes, & exemplũ graue præbet ales Pegasus/terrenũ equitem grauatus Bellerophontem, mitte leues spes & certamina diuitiaꝝ. Nõ erit igitur mirandum

Achademicos ueteres ſpem ipſam tot tantiſq; laudibus extuliſſe, eandem etiã inter uirtutes morales cõnumeraſſe / fulti enim diui/no præſidio multoꝝ bonoꝝ ſæpe potentiſſima cauſa cernitur/ quare Tibullus : Iam mala finiſſem læto, ſed credula uitã: Spes fouet & melius cras fore ſemper ait. Spes alit agricolas/ſpes ſulcis credit aratis : Semina: quæ magno fœnore reddat ager. Hæc laqueo uolucres, hæc captat harundine piſces : Cum tenues hamis addidit ante cibos. Spes etiã ualida ſolatur compede uinctũ : Arma ſonãt ferro, ſed canit inter opus. Hinc etiã Paulus inquit : Spes nõ confundit ſpe gaudentes/ deus aũt ſpei repleat uos omni gaudio. Siquidẽ diuus Hyeronimus ait : Spes eſt expectatio rerum omniũ, quaſi in fide habemus/ per quã ſaluamur, Paulo aſſerente/cum dicit : Spe ſaluati ſumus. Siquidem tanto ſpes in deum ſolidior ſurgit (diuo Gregorio autore) quanto pro illo grauiora pertulerit, quia nequaq̃/inquit/ geſti muneris gaudium laurea perenni cœleſtiq; gloria decernitur / quod nõ in hoc corporis ergaſtulo pia anxietate percipitur / ita ſiquidem per omnia rerũ opifex mortalem ipſum inuigilare edocet/ut ea ſpe quam in ipſo tute habere conuenit/ut nocumenta/noxiaue quæ mortalibus euenire ſolent perſpicaci ingenio euadere ualeat. Nam nihil eſt prorſus quod ſub prouidentia diuina nõ inſit/nihil omnino/a/ deo neglectũ eſt, omnia luſtrat/omnia explorat/omnia conſpicit/ oculis ille peruigil omnibus adeſt / facultatemq; ſuæ prouidentiæ atq; ſalutis præſtat / ipſum deniq; res ſupnas explorare decet, quærere ubi Chriſtus deus illuſtratur/ad ipſum diuina mente & ad res ſublimes atq; cęleſtes terrenis deſpectis atq; poſthabitis uti forma decora naturæ prædictus/& ſic ſeipſum uitamq; ſuã diſponere uelit/& in republica cœleſti uerſare, quæ uera patria eſt / ubi nobis poſt fata (ſi meriti erimus) uiuendũ ppetuo concedet̃ ęuo. Illa inq̃ ſupna liberaq; Ieruſalem conciues atq; cõtribules ipſi diuini ſpiritus qui ſunt in ęthereis cœleſtibuſq; aſcripti trophæis / ipſe inq̃ plane humanas animas ad inſtar ſepe ſeptæ uineæ poſuit/ tum ea equidem ſecuritate tutelaq; quæ ex pręceptis reſultat/ tũ ipſa diuinoꝝ ſpirituũ cuſtodia uerſabitur: quã angelus domini quaſi ualla nobis defixit prępoſitos in illa diuina militãti eccl̃ia apl̃os primũ / inde prophetas/

doctores/exemplis prǣterea uere hominū beatoꝝ animoꝝ sublimē elationē nō neglexit/atq; emisit in terrā/haud nos esse deiectos humiq; serpere/ac dignos esse conculcari/mortales etiam ipsos exoptat amplexibus quasi clauiculis humanitatis homini inniti ac inhærere & ipsi etiā requiescere, ut ætherea semp petētes sublimiaq; perinde atq; uitis scandens arboꝝ ęquat cacumina/ rerū altissimarum uertices attingamus/& in hac mortali rep• pie/caste sub instituto ciuili uitā ducamus, & in rep•optimos amplectamur mores• Nam & si Lycurgus ipse/legū dator suaꝝ(Pythia autore)Lacedęmoniis psuasit, Romanis Numa Pōpilius, cui Aegeria/& ut inq̄t Plato Rhadamantū noua quędā instituta deferens consulta mandataq; Iouis esse disseruit/qua oratione Minos principatū, Cretenses aūt maris imperiū primi omniū consecuti sunt• Quippe conuenti fuere se Iouem/quem pręsentissimū primū deoꝝ fabulabantur/quoꝝ consilio uterent̃ / singulaq; coꝝ nutu ad coꝝ ciues resq; publicas/quæq; decreta deferrent, quo inuento ciues pene omnes decreto pcipiētes habuere/& ad frugalitatē/iustitiā/ęquitatēq; redigere•Nō dissimili cōmēto Eunus Syrus qui phanatico furore simulato dū Syriæ deæ cęrmonias iactat, ad libertatē & ad arma seruos quasi numinū impio cōcitauit, idq; ut diuinitus fieri ꝓbaret/ in ore abdita nuce/ quam sulphure & igne stipauerat leuiter inspirās flammā inter uerba fūdebat•Hoc miraculū primū duo millia ex obuiis/mox iure belli pfractis ergastulis•lx•amplius milliū fecit exercitū/regiisq; decoratus insignibus/oppida/castella mirabili direptione uastauit•Prętorūq; castra capta/Impatoresq; Romanoꝝ fugati•Sic Sertorii ars ita cōmentus exstitit/supstitionē quandā ex ceruа alba/quā usq; adeo educauerat, ut armoꝝ strepitus nō horreret/sed cum inter aciem semp sequeret̃/a/qua plurima per reuelationē accipe asseuerabat/eā sibi/a/Diana dono datā fuisse mentiens/quæ uocata ad Sertoriū accederet/tantum illi autoritatis tribuebat/quæ dei nō fore unde homo uideret̃/quęq; etiā p secretissimos sibi exploratores offerebāt̃/a/ceruа habuisse apꝓbabat/& oīa deoꝝ nutu pagere simulabat • Vtiq; in Lusitania cōstitit/ nā cum duobus milibus ac sexcētis Romāis/& septingētis Aphris/ & quatuor milibus Lusitanoꝝ peditū/& septigētis additis eq̄tibus/q̄tuor

Romanoꝝ duces cum centũ & uiginti millibus peditũ, equitum septem millibus/sagittarioꝝ uero & funditoꝝ duobus millibus superauit/fudit/deleuitq;. Cottam nauali pugna profligauit. Phydiam duobus Romanoꝝ millibus trucidatis fudit. Domitium in fugam uertit. Toraniũq; cum omni exercitu pessundedit. Et Metellum maxime autoritatis uirum/a/ Lucio Lolio ex Narbonensi agro auxilium petere coegerat. Sic Pythagoras secessit in antrum ut deoꝝ auspiciis Leges Pontantinis & Crotoniatis/a/ se promulgatas accepisse perhiberet. Igit̃ in humanæ societatis exordio nihil æque fuit difficile/his qui pręerant/q̃ durioribus illis ac soliuagis uiris/ qui rapto assueuerant uiuere/quiq; omnia esse rapientiũ autumabãt/abstinentiã/iustitiam/mansuetudinẽ/pietatem persuadere. Enimuero nõ erat facile factu, ut/a/priscis inuadendi moribus discederẽt/nouũq; uitæ genus tam repente susciperent. Accedebat prisca illa consuetudo/ quæ rapinã ocium ac quietem pollicebatur/uirtus aũt laborem ac squalorem prę se ferret/proinde cõmenticiis ac fabellis quibusdã opus fuit, quibus relligionem metumq; incuterent/his qui iniuste agerent / & ad spem futuri boni erigerentur qui iuste uiuerent, ab alienisq; rebus manus abstinerent. His consiliis edocti uates illi uetustissimi/qui primi sapientes habiti fuere/quiq; de mortaliũ moribus cũ iucunditate quadã gratias Musis admiscentes philosophabant̃/ scripsereq; nonnulla quæ recentiori tpe/eruditioniq; uel leuia/uel præter alioꝝ opinionem uisa fuere, ut illud Musæi/Orphei condiscipuli/qui cũ cerneret uinũ quod nuꝑ in mortaliũ usum uenerat/ asseruit iustis uiris a diis ĩmortalibus eiusmodi gratias referri/ut cum apud tartareas paludes coronati poculis discũbant uino plenis/ quasi opinaretur uirtutis mercedẽ ebrietatẽ optimã esse. Simili figmento Hesiodus usus/qui ut rudes illos priscos ad iustitiã alliceret/ deos asserebat, mortalibus iustitiæ obtẽperantibus/arbores cõdonare/quaꝝ rami baccaꝝ ubertate semꝑ incuruescerẽt/robora uero apiũ examia educerẽt/quæ optima stillarẽt mella. Plato in reꝑ. ꝑmisit/mr̃e excepta filiaq;/ suos ciues in uxores ducere posse, sic & mulieribus q cuiq; maluerint/nisi filiis ac parentibus nuptui dari. Non t̃n ignorabat

indecorum esse sororem in uxorem ducere / quod Atheniensium more permittebat. Sic & Aristoteles Astragitis alludere uisus est/ ad mensuram census filios procreandos esse/ ne plures ædantur/ q̄ pater alere posset/ proinde ab uxoribus abstinendum censuit/ uel abortiuos necandos perhibebat. Ab omni pietate/iustitia/humanitate abhorrendū. Sed quia iniquissimas omnino abolere haud ualerent paucis ex moribus deprauatis uti sinebāt, ut durioribus illis mortalibus ea permitterent. Non sic Christiana illa uera nostra relligio/quæ uirtute omnia metitur/ nihilq̧ quod ab honesto ac iusto/pietate/ęquitate abhorret, hominibus p̄mittit. Hinc pientissimus ille Imperator Romanoꝝ Cōstantinus/qui impietate improborum pene obrutam Christianam relligionem/ diuināq̧ pietatem, ab imis in sublimia erexit / diuini spiritus monitu / crucis usus uexillo, Tyrannos ab Imperio/ summa felicitate uictor/ iam fere euerso expulit / & Christianæ relligionis honestatem animo aduertens/cuius propriū est innocenter/caste/ iusteq̧ uiuere/paupertate gaudere/pietatem & mansuetudinem colere/nō irasci/non cōmoueri ira/languētibus mederi/ut ueros milites : quos Marius extollebat, puluere/ęstu/lāguore/siti/fameq̧ assuescere expetebat. Et quod cōstantia/tollerantia/mentis puritate/ ac simplicitate uti iuberentur. Hæc inq̄ omnia animi acumine considerās/diuinam Christi fidem mirabili affectu amplexus/ ita ut in ipso sūmo principe timor dei/grauitas/criminū abstinentia/ modestia/fides/presertim circa inopes misericordia/admirarentur. Hęc omnia/quęq̧ in optimo principe desiderantur/ in illo eluxere. Tyberius (autore Septimio) Senatum/ut Christianoꝝ sacra inter alia peragerentur/admonuit. Eusebius testat̄ Vespasianū atq̧ Titum principes Christi dei optimi acceptis operibus/eiusq̧ uitam diuinam/ipsius potentiā extimuisse. Iulius Capitolinus refert Hadrianū Cęsarem Christo templa sacellaq̧ erigere cōstituisse/ eumq̧ inter deos recipere, quapropter fana / delubraq̧ absq̧ simulachris in omnibus urbibus erexisse/quæ tum carentia numinibus appellabant. Sic Alexander Mameæ Ro. etiā Imp̄ator templa & ipse Christo/delu

braq; fieri ſtatuerat / & in ſuo ſacrario ſtatuã Chriſti in matutinis exorabat. Id idẽ Iulius autor nobis reliquit. Antonini Pii nõ diſſimilis ſuperioribus ratio, Cum atletas Chriſti hoc adagio uti percepiſſet : Quod tibi nõ uis alteri ne feceris, Chriſti uitam percunctatus / ei tanq̃ deo ſacrauit ſtatuã : ex Sereni grauiſſimi nobiliſq; uiri ſententia, iniquũ eſſe inquiens uulgi clamoribus ſanguinem innocentum concedi / & ſine ullo crimine / nominis tãtum & ſectæ reos fieri. Scribunt Plinius iunior, & Euſebius Traianum Auguſtum Proconſuli ſcripſiſſe, Chriſtianos nõ condemnandos ſine criminis obiectu. Philippi, pater & filius / uterq; Romanoꝝ princeps primi Chriſtum coluiſſe / apud Euſebium legitur. Superiores etenim cum cæteris Hieſum diis ueneraſſe. Quare Philo Iudæorum diſertiſſimus reſpiciens Marci euuangeliſtę doctrinã & uitæ continentiam, ut omnes Chriſti imitatores ad ſuũ alliceret exemplũ / librum quaſi in laudem ſuæ gentis ſuper eorum conuerſationem ſcripſit / ut diuus Hieronimus memoriæ tradidit. Quãdoquidem Plato maximũ eſſe uult noſtræ diuinitatis inicium / ꝗ ſoli nos in terris tam diuinæ ſortis participes ob cognationem quãdam deũ cognoſcimus & cupimus, & tanq̃ autorẽ inuocamus / & amamus ut patrem / ut regem ueneramur / timemus ut dominũ. Sic enim inquit, ut ſol ſine ſole non cernitur / & ſicut aer ſine aere non auditur / ac plenus lumine oculus uidet lumen / plena aere auris audit aerem reſonantem : ita neq; deus ſine deo cognoſcitur. Sed animus deo plenus tantum in deum erigitur quantum diuino lumine illuſtratus agnoſcit deum / & diuino incenſus calore ſitit eundem. Non ad id quod ſupra eſt & in infinitum niſi uirtute ſuperioris infinitiq; attollit, hinc animus dei templũ efficitur, Xiſtus Pythagoricus dei æterni templum nunq̃ ruiturum exiſtimat arbitraturq;. Deũ agitat mens humana quottidie, deo ardet cor, deũ ſuſpirat pectus, eundem canit lingua, eundẽ caput manuſq; adorant / pariter & genua, eundem referunt hominũ artificia. Si non audit hæc deus ignorans, ſæuus omnino ſi uociferare nos compellit quottidie quos nõ exaudit. Deus inquã eſt infinita ſapientia,

bonitas, caritas/ qui crudelis nequit esse/ nec ingratus/ aut ignorans. Nō tamen omnino cum mens superior compræhendat inferiorem magis q̄ econuerso/si mens illa humana mentem diuinam attingit/liquet a diuina mente humanā comprędi/ac gubernari. Verū enimuero si Rhadamanti/Minois/ Aeaci fabulas ut iam diximus/ qui se filios Iouis(ut leges grauiores sancirent) mentiebantur. Si Lycurgi etiam/ uel figmenta Numæ/ q deos pro legibus cedendis alloquerentur/ut eis quę grata erant,populis renuentibus persuaderent. Si Magos Persarum/philosophos/ac sacerdotes,qui sacris pręerant/aut Indorum Brachamānas,qui de rerum natura simul animorūq; expiationibus consulebant/aut Aegyptiorum mathematicos/ qui methaphisici sacerdotio fungebātur & regno. Sic apud Aethiopas Gymnosophistæ philosophi simul magistri erant/ac relligionis antistites. Idem mos apud Graios uiguit sub Lino/Orpheo/Musæo/Eumolpo/ Melāpo/Trophimo/Aglaophemo/atq; Pythagora. Sic Celtas sub Druydū gubernaculis. Quippe si Iudaicam amplitudinem & originem tot rixis iurgiisq; cædibus discretam/ac postmodum Maumetis fallacias/argutiasq; ultimo exortas/ aut quantū apud Romanos Numæ Pompilio, Marco Varroni, multisq; aliis sapientiæ simul sacrorūq; studium fuerit contemplemus. Si deniq; omnes eos inuicem conferre uoluerimus/nihil in illis est beatitudinis/ quod Christianæ fidei/uirtutis rectitudini in cōsequēda felicitate ullo pacto adęquare ualemus. Christi illa diuina fides/ qua sola ad cœli arcem deducimur/ itaq; tota mentis acie Christum deum optimū maximū diligamus / ad ipsumq; solū aspiremus. Hæc inq̄ diuina relligio docet homines mutuo se diligere/ac humane societatis onera ferre uicissim, adulteria, adulationes, rapinas, homicidia, & quæcunq; huiuscemodi portenta abhorret maxime. Si puram hanc fidem fuerimus amplexi/in terrestri hoc orbe piam uitam agentes / hinc ad illam dei diuinam arcem, ubi perennis est felicitas migrabimus. O/felicia tempora/quæ diuinam hanc sapientiæ, relligionisq; copulam inuiolatam, integramq; seruastis. O/ueri cœlestis patriæ ciues, inco

læq; Non sic illa impia, necnon infelicia secula, quãdo Palladis/ Temidis/ diuortium miserabile contingit. Etenim cum dei summa illa sapiẽtia statuerit ministeria diuina in ipso religionis exordio ab his tractari/qui ueræ essent sapientiæ ueri amatores. Quo instituto sicuti apud priscos idem causas rerum indagarent, & sacrificia summæ ipsius rerum causæ diligenter administrarent/illi idem Philosophi & Sacerdotes existerẽt/ neq; id quidem iniuria. Nam cum animus/ut Platoni placet/duabus alis/ad cœlestem/diuinamq; illam patriã euolare possit/Philosophus intellectu maxime/uolũtate sacerdos nitatur/ & intellectus uoluntatẽ illuminet/ uoluntas intellectum accendat. Etenim perspicuum est qui primi diuina per intelligẽtiam attingere/ nutu diuino illos tantam rem peregisse/illi rectissime/sanctissimeq; colẽdo diuina deum immortalem eis conciliauerũt/cultusq; ueri rationem posteris tradidisse. Sic Hębreorũ ꝓphetæ/sapientes uates/& Hessei/& sapientiæ/& sacerdotio simul incumbebãt. Deo ĩmortali gratius nihil est ueneratione, quæ ex sapienti aut pura mente procedit/ nihil cõtra magis illum offendit q̃ cõtemptus sui/quod impuri/peruersiq; animi est/ transgressores aliqua tamen ex parte leniter punit, temere rebellantes ob impietatem, ingratitudinemq; ab eius arcet imperio. Nam nulla/undiq; peragrato toto orbe terrarum/regio, relligione caret/diuersæ gentes diuersos ritus/cerimonias/habent. Aliæ suis numinibus sacrificãt canes/ aliæ equos/tauros aliæ/ multæ quoq; eorum uana numina conciliabãt humana cæde/ quemadmodum a/nõnullis tradit̃. Sed nõ ita placat̃ Christus deus optimus/purę mentis preces exaudit/non sistris tinniẽtibus aures prebet/nec gestibus/aut ullo sanguine honorari uult. Diuersas tamen in decorẽ pulcherrimũ adorationes sinit in mũdo ceremoniasq; uigere. Alexander Macedonum rex cum multas gẽtes imperio suo iure belli subegisset, quæ dissimilibus/uariisq; modis/ipsum uenientes/uel etiam legatos mittentes / uenerabantur. Totum quod in illius peragebatur gloriam tam & si dissimili modo cõmendabat/aliud tamẽ alio acceptius erat. Hinc Plutarchus ad Traianũ inquiens,

cum Artaterxi Persarum regi ipsi obequitāti olim obuiam factus operarius quispiā, ac rudis homo/ cui aliud nihil esset aquā utraq; manu ex proximo haustam flumine obtulisset/iocundus ille/subridensq; suscepit. Quippe nō rei quae dabatur/uel inopia/uel usu: sed alacri dantis uoluntate gratiam metiretur. Ita Lycurgus tenuissima parte sacrificia statuit: quae ex presentibus rebus deū imortalem expedite/facileq; posset. Extimabat etiā eum/qui benigne parua/ prompteq; acciperet, non regali minus/ humanoq; fungi munere/q̄ si magna elargirentur. Hoc idem quodammodo de summo opifice/ ac rege omniū deo arbitrandū, qui uenerari/ coliq; abnuit quoquomodo/ inepte/uel inculte, dummodo humane/atq; pie, nō elatione ulla peragatur. Quod fieri haud ualuit/ut mortalis per se ipsum diuina illa ratio notesceret/ cultumq; adorandi, sacrificandiq; modū passus non extitit deus/lumen sapientiae uiuentem hominem diutius aberrare non permisit / ac sine ullo laboris effectu uagari p umbras/tenebrasq;, ac cōfractus/inextricabiles: aperuitq; oculos eius aliqādo/ & ueritatis notionē munus suū peregit / mortaliumq; sapientiam nullam esse ostenderet/ & aberranti, ac uago uerum adorandi ritum/ac uenerandi/ uiamq; consequendae imortalitatis demōstrauit/prebuitq;. Deus ipse summus in seipso summū est bonum/ueritas rerum/lumen, fauorq; mentium. Illi igitur prae caeteris/immo soli, sincere exhibeamus cultum/ ueneremurq; eū/actionis probitate/ueritate linguae/mentis claritate/ qua possumus dilectione / & ut debemus sedulo ueneremur, ut grati & memores tanti suscepti muneris. Quandoquidē maiestati/imperioq; dei nihil magis propriū, nec dignius est/q̄ probos praemiis/ suppliciis malos afficere. Sed Pythagoram praetereamus/qui profectum se ad inferos asserebat, conspexisseq; illic Homerū atris circumplicitum anguibus, Hesiodum quoq; columna obrutum/atrocissima dare supplicia/ q; ut ingrati/ plurima de diis mendacia confinxissent/a/quibus erant in uitam, lucemq; producti/ & eam ipsam scribendi facultatem consecuti. Quid Menedemus, qui ueste furiali, Arcadicumq; gerens pileum, centumq; elementa, fraxineamq; ma

nu uirgam, tragicosq́ cothurnos; se missum ab inferis speculato-
rem rerum/ atq actionũ humanaꝝ, quæ cum conspexisset/ rursus
se ad inferos reuersurum/ omniaq diis manibus renunciaturum?
Democritus uir acutissimus priscoꝝ more duos est opinatus deos/
quoꝝ alterum beneficiũ, alterum pœnam appellabat. Nam pœna
mali mulctantur, beneficio probi afficiuntur. Sic esse beneficium
deum/quoniã illius omnia beneficentia/& largitione constarent.
pœnam uero deum alterum ut ostenderet/qui beneficiis abuteren
tur gratias minime referentes eos pœna quidẽ esse mulctãdos, cũ
nihil/a/ mortalibus possit agi, uel impure si deliquerint, uel sine
munere si recte/beneq egerint. Ita philosophi prisci disseruere/sen
sereq. Gratus inquã is maxime habẽdus est, qui retenta in animo
memoria beneficii firmã callet repetendi: ac perpetuã uolũtatem,
quam nõ impetu fert naturę/sed animi ratione metitur/uultq esse
sempiternam/quod est/a/feris alienũ/ cum nec memoria diuturna
polleant/nec animũ percalleant ordine/& ratione coniunctum du
cem/atq imperatorem honestaꝝ rerum. Minime mirandũ(ut Plu
tinus ille antistes scriptum reliquit)feras ipsas nec præstare bene-
ficium/nec præstita sentire/quanq̃ multa memoriæ tradita/a/uiris
grauissimis legantur. Nam Demetrius uir philosophiæ nõ igna-
rus autor est/Pantheram ferum animal, & natura truculentũ / cũ
forte catulos, qui in foueam ceciderant sustollere nequiuerat, cu-
bantem in uia homini diu exoptato mœstam, & quasi supplicem
occurrisse/togaq leniter tracta ad foueam eum perduxisse, tum ue
ro blãdientem/& manifesto se dolore conflictantẽ/quid eum pera-
gere oporteret/nutu significasse. Mox eductis catulis / uirum per
desertissimas solitudines/quasi per syrtes comitata/reddito plausu
ac nutu gratias agente/tuto itinere dimisisse. Sic Aspidẽ ab Aegyp
tio quodam educatã/cum forte catulos in illius ædibus peperisset/
ex hisq unus hospitis filium interemisset, reuersam ad cibum/co-
gnitaq culpa/catulo necem intulisse. Sic etiam Draconem Arcadi
co puero/a/quo fuerat alitus, opem intulisse. Deniq mira de Del-
phinis memoriæ tradita referuntur/pręsertim a Plinio, uexisse in-

terdum pueros in intimũ usq; mare/ eosq; deinde ad locum pristi-
num reuexisse/mortuis pueris/eos merore/atq; angustiis fuisse con
sumptos. Plurima illi uiri prisci litteris mandauerũt/ad quæ si in-
ducere animũ possumus/an uera, simulataue reddantur. Constat
equidem bruta quoq; agnoscere beneficiũ/liberaliaq; esse. Nã quæ
de Cyro/Romuloq; tradũtur, quorũ alter/a/cane, alter/a/lupa edu
catus extitit. Quid nisi naturam ipsam tantam beneficentiã osten-
dere/significareq; in brutis animãtibus uoluisse. Sic Santrum Co
cum Alexandri ducem, longa fuga desudantem/a/ leone fuisse de-
tersum. Pugnantem uero/ quem nunq̃ antea conspexerat/ ab Ele-
phante tergo acceptũ. Sic ille diuus Hieronimus ferocis illius leo-
nis pedes purgans, tali beneficio eum sibi deuinxit. Et Pauli Ana
choritæ primi heremitæ corpus diuinũ (Antonio sanctissimo asse-
rente) unguibus sepultura effossa operuit. Gargaris/qui inde Anu
bis nuncupatus extitit/ab auo exponi iussus erat/nã adulterio filii
natus/plurimarũ lacte ferarum, ubera sponte prebentiũ alitus. Pri
mũ obiectus suibus/ut eum fame coactæ dilacerarẽt/illesus reman
sit, in mare proiectus sua sorte ad littus depulsus, postremo quadã
cerua exceptus / quæ illum densissimis in syluis educauit, captus
deinde/a/uenatoribus/& auo dono datus/tot periculis beneficio fe
rarum superatis/regno successit. Diuus Hieronimus Centaurum
quasi hominẽ equo mixtum/cui opinio poetarũ/a/diuo Antonio in
heremo uisum/dextræ manus protensione cupitum indicans iter,
blandoq; eloquio inde patentes campos uolucri transmittẽs fuga
ex oculis mirantis Antonii euanuit. Rursus idẽ progrediente/nec
mora inter saxosam conuallem nõ grandem homunculum conspe
xit/aduncis naribus/fronte cornibus asperata/ cuius extrema pars
in caprarum pedes desinebat/ palmarũq; fructus quasi pacis obsi-
des ferebat. Quis nã esset percunctatus/mortalis ego sum/& unus
ex incolis heremi. Quo tendis/ inquiens/ legatione fungor gregis
mei/petimus ut pro nobis deum cõmunem omniũ parentem exo-
res/quem pro salute mortaliũ olim uenisse cognouimus/& in uni-
uersã terrã exiuit sonus eius. Hos delusa errore gentilitas Faunos,

Satyros, Incubosq́ nominans coluit. Sub Constantino/Hieronimus refert/simile animal in Alexandria contigisse / eductum magnum populo spectaculũ præbuit/ cadauer deinde exanimum/ ne æstiuo calore dissiparetur/ sale conditum Antiochiam allatum, ut ab Imperatore cõspiceretur. Platonis/cum infans esset/apes labiis insederant/futuram eius eloquentiæ suauitatem/& doctrinã ostendentes. Idem diuo Ambrosio contigisse sacris monimentis ostenditur. Rosium cũ uix/e/parentis utero cecidisset/serpens implicuit/ futuram corporis agilitatem/ uolubilitatéq́ portendens. Formicæ in os Midæ triticum congessere / quasi præsagientes illum omniũ ditissimũ fore. Apes Hieronem illum optimũ/clarissimũq́ uirum/ Romaniq́ populi amicissimũ/a/patre expositum/q́ ex ancilla natus fuisset/congesto in os melle/diebus aliquot aluerũt. Paulo post cum litterario ludo incumberet/tabulam eripuit lupus, bella deinde prima gerenti/aquila in clypeo/ & noctu in hasta consedit. Sic in Tullo Hostilio Romanorũ rege nec obscuritas inhibuit/quãuis matre serua ortum/ nam ob eximiã indolem uxor Tarquinii Tanaquil liberaliter educauerat, & clarũ fore/uisa circa caput flãma/ promiserat. Sed quid portenta/ seu miracula prosequimur? hæc/ hisq́ similia num uera censenda sunt? A/uetustissimis ad quandã maiestatis originem/ gloriamq́ conficta arbitramur, Si auté uera sunt/ nõ naturæ impulsu feræ tanta præstitere mortalibus beneficia, deorũ imperio ĩmortalium id factum est potius credendum, ut futura illorũ magnitudo miraculis præcedentibus manifestaretur. Id nobis patet/cum per alios infinitos/quorũ transeo nomina, tum uero maxime per illos/ quos pauloante memoraui. Qui ad unum omnes ad id peruenere pręstantiæ/dignitatisq́, ut sane iudicantur digni/a/diis ipsis ĩmortalibus ministerio brutorũ / eripi tantis casibus, ut egregium quendam/nec uulgarem ortum habuisse diuino auxilio uiderentur. Sic Moyses legum diuinarũ promulgator/ in amnem cista cõpacta pice proiectus. Nempe/si nec diuinitaté aliquam / nec rursus fictum esse putauerimus, beneficio summi dei peracta illa fuisse omnino credendum. Præclara hominis est/diui-

naq; natura/ & ea ipsa ita comparata, ut pulcherrimũ/ cõmodissi-
mumq; ducat in uita liberalitatem / & magnificentiam, deniq; ut
sempiterna/mutuaq; beneficia ultro/citroq; conferat. Habet equi-
dem animũ moderatorem, ac principem/laudũ, honestatisq; hor-
tatorem/cuius nutu, imperioq; regitur. Sic amicitiam colimus/mi
sericordia tangimur/trahimur mansuetudine/ac humanitate. Phi
lippus Macedonũ rex, Alexandri filii elatione offensus/ falso qui-
dem serpente genitum, ut Olympias fassa fuerat / cuius concubi-
tum aspernatus/Cleopatram uxorem duxit. Inde Alexander impe
rio potitus Persarum/ præsagiis insolentior maternis/ illius gentis
more, se passus est adorari/ut Iouis filium, quem mater Olympias
ab errore hmõi reuocauit / ne Iunonis pellex diceretur. Scipionis
matre quiescente / serpens miræ magnitudinis apud eam molliter
cubare uisus fuit/ex eo concepisse Scipionem fama diuulgatũ est,
quod ipse etiam sæpe fassus fuit. Seleucum ex Apolline concep-
tum existimant/post congressum Laodicę, genitrix somniauit an-
nulum sibi dono datũ/ quem traderet nato. Postq̃ illuxit/ annulũ
in lecto reperiit/ quo anchora insculpta fuit, cuius etiã imaginem
in fœmoribus habuit. Qui demortuo Alexandro/ cum cæteri du-
ces inter se prouincias omnes partiti essent, quãuis nouissimus ex
Alexandri cohorte esset/Asiæ auspicato imperauit. Octauii Augu
sti mater in templo Apollinis inter matronas sacrificioꝝ tempore
cubans/a/serpente lecticam repente comprimi somnians experge-
facta, atq; ut/a/concubitu polluta/nõ amplius ausa est ingredi bal
nea/imago enim serpentis in uentre indelebilis conspicabať. Octa
uium decimo post mense peperit/ qui filius Apollinis habitus est.
His quoq; q̃similis Alcidę natiuitas/si & hæc/& alia figmenta/seu
portenta in priscoꝝ monimentis innumera inueniunť. Gregorius
Nanicenus in uita Magni Basilii refert: Legem / præceptũq; Sal-
uatoris neminem cogere/ut se sponte morti offerat, aut præbeat pe
tenti iugulum / ne deo placendi cupiditate in offerendo sanguine
proprio/ne agere cogamur contra id præceptum, Ne occidas/neue
nobis ipsis mortem intulisse uideamur, tempore uero nos uocante

ad certamen alacriter confitendum/legitime decertandum esse• Se inimicis interficiendum tradere audacis est nimiū, derprehensum aut Christum nō fateri/uel refugere/timidi/ignauiq; hominis esse• Recte igitur Magni Basilii, tempore sęuissimi tyranni Maximiani/ quo insequente Christianos per totum orbem, cuncta terrore/ fuga/sanguine innocenti polluerat, auus/ipse Basilius/ac omnes sibi sanguine iuncti palmam martyrii nō ultro poscentes/ egerūt ac sapientissime• Qui in Ponto quadam spelunca sęuitiam tyrāni deuitantes cum paucis ministris• Quo in secessu/quis nō admiretur ipsorum tantam patientiam? Annos etenim supra septem simul cō morati/sub diuo degentes, deficientibus reliquis usui uitæ humanæ rebus necessariis/solo pane uitā producebāt• Nec propterea/ut Hebrei olim in deserto, ullā lamentationis uocem emisere, sed deo gratias agentes / inuicem istud ferentes: Durate & uosmet rebus seruate secundis• Non deseret nos prouidentia dei/quæ Israheliticum populum/cœlesti cibo/& coturnice pauit, aliaq; miracula ędidit, nobis idem hodie cibum properabit/pro pietate laborantibus/ in cognitione/in meditatione/in ueneratione dei/ opera ipsius illis repente inopinata obsonia aderant, Nemine persequēte cerui pingues ad illos cofugiebant, e/ quibus quantum fuerat necessarium perimebant, reliquos dimittebant saluos uoluntario in promptuario usi futura conseruabant• Eustachius/ Traiani Romanoꝝ principis/dux exercitus, nōne auspiciis cerui/inter cornua trophæū ingens Christi crucifixi imaginem ferens/ ipsum ad fidem Christianam reduxit? In finibus Apulię in monte Gargano ad sinū Adriaticum/taurum armentorū gregis consortia spernentem/ solum incedere solitum/cum pecore domum non redeuntem, illum per deuia domino quærente/tandem in uertice montis, ante speluncę cuiusdam introitum stantem inuenit/quem cum sagitta petiisset/illa ueluti arcu remissa/eum/a/quo emissa fuerat/rediens percussit• Sic diuus Antonius Pauli Anachoritæ domicilium per deserta exquirens/ pernox in oratione exegit duas noctes / dubiaq; adhuc luce, procul conspiciens lupum sitis ardoribus anhelantem/ad radicem

montis irrumpere/ consecutus oculis, & iuxta speluncam/ cum fera abiisset accedens / introspicere cepit, nihil proficiente curiositate / arcentibus uisum tenebris / amore dei pellente timorem / gradu suspenso / anhelitu temperato, callidus ingressus explorator, paulatim progrediens / sæpius subsistens, sonum aure captabat, deinde Paulo inuento / amice simul congressi / coruus ab eis conspicitur / in arboris uertice sedens, deinde leuiter circumuolans/panem ante mirantium ora integrum deposuit. Sexaginta annis (inquit Paulus) quottidie dimidium panis fragmentum accepi, ad tuum uero aduentum deus suis militibus duplicauit annonam. Hæc eorum uenatio felicior longe / q̃ Orionis, & Acteonis: quorum alteri Dianam iratam/ꝗ se nudam uiderat in fonte, ipsum in ceruum cõmutauisse / qui demum propriis canibus discerptus interiit, Alteri / ꝗ eam tentasset, scorpium immisisse. Felicius inquã illi pane cura diuina nutriti / q̃ Iphigenia apud Aulidem per ceruam morti erepta. Quod si uerum est/ pietatem ex Diana meruit, Non tamen illa ad aram Scythicam clemens erat / ubi hospitum placabatur sanguine. Verum illi ueri Christi dei optimi maximi milites beneficio illius longe alacriores facti/ pro eius nomine/pro ipsa diuina, pientissimaq́ Christi relligione/ supplicia / tormenta/ exilium / inediam/ mortem constantissime, fortiterq́ pertulerunt. Nam recte his philosophantibus/orbis terrarum omnis est, si tormenta/ suppplicia his minantur/euasere mundi carcerem, si quis maiora horum in cupiditatibus superauerunt / decernant impii tyranni, quicquid uelint probis / piis / fortissimisq́ uiris, omnis uilis / fragilisq́ est pœna / quibus pura/ integraq́ mens / conscientiaq́ comes existit. Ad Secton Vulcani sacerdotem Aegypti imperium sorte deuenit / militibusq́ dona / agros/a/regibus donatos ademit. Arabum/ Assyriorumq́ rex Samcharim / cum eum premeret / exautoratas cohortes laboranti opitulari mallent / rogat agminibus sic ignominiose affectis militare / aut annuentibus, rex mentis inops ante Vulcani simulati / fictiq́ simulachrum in sacrario de imperii casu conqueritur / lachrymis maxillas

humectando: somno oppressus per quietem uidit/q̃ si contra Arabes copias duceret/auxiliares ei mitterentur. Expergefacto Gregario milite/plebeoq;, ac mechanico/nocte castrametatur, murium agrestium uis inaudita/neruos/cordas scutorum/ensium/equorumq; lora corrosere. Vbi illuxit, Assyrii/Arabesq; retinaculis armorum corrosis/imbelles(amissis quibusdam)protinus effugere. Sic in aliquibus Iberiæ oris mures adeo exuperauere/ut concitarent pestes: hoc Plynius memorat. Romani in Cantabria Hispaniarum regione militantes/ut mures uenarentur/quibusdam mercedem ad exercitus utilitatem tradidere. In Crista Sminthei Apollinis delubrum erat/in quo statuæ insignis murem pede: ac ratione premens erat/& Creta ad nouas sedes quibusdam exeuntibus/ubi ab accolis inuaderentur/ab oraculo responsum, agrestiũ murium nocte multitudo exorta/omnia/e/corio utensilia corrosere, & Teucri sortibus functi ibi permansere/ambitũ idem ab Ida, quæ est in Creta nominarunt. Cambyses Persarum rex tanta elatione tenebatur, & temeritate/non mortalibus tantum/sed etiam diis bellum indixerit/templa/simulachra/uastauit, igneq; cõsumpsit. Ingratus in superos/qui tanto imperio eum insigniuerant/ille sibimet pugione proprio in fœmore uulnus inflixit/& seipsum interemit. Brennus Gallorum dux/deorum contemptor/Macedonia depopulata/& regiones adiacentes Delphis opulentissimum templum cupiditate sacrilega aggressus/inquiens/deum non egere opibus/qui eas homini elargiri solet/impudenter mehercule iocatus est. Templum totius orbis donariis refertũ in Parnasso monte prærupto situm/principum/ac mortalium frequentia celeberrimum erat. Tum Delphi/a/tyranno obsessi/uotis/fletu/sacrificiis Dei opem implorantes/rem diuinam operati/antistites cum suis insignibus in acie, ut uecordes deum auxiliarem exclamant/hortanturq;. Iuuenem decorum humanam proceritatem excedentem/duabus uirginibus comitantibus/in hostes sagittas emittere conspectum fuerat/interea leui terræ motu pars abscissa/montis maiorem partem exercitus Gallorum penitus dele-

uit. Tempestas grandine/ fulgoribusq; permixta/ saucios gelu absumpsit. Brennus dux stolidissimus iniquæ fortunæ/ dolorisq; uulnerum impatiens / pugione se traiecit. Bacchus debellata India, cum exercitum per deserta Lybiæ duceret / in arenosis solitudinibus exæstuans exercitus / siti ne periret, precatus Iouem (ut fabulantur Poetæ) se patrem ostenderet / mox aries apparuit, Baccho præuius fontem scaturientem saluberrima aqua monstrauit. Multa fabulosa / multa portenta prisca gentilitas nobis reliquit. Quale est illud de Castore, & Polluce / qui q̃/a/Romanis in acie exorarentur / inter aras decertare uisi sunt. Sic de Tullo Romanorum rege / q̃ cum Numa nihil inauspicato ageret / ipse superstitiones spreuit. Accius augur nihil ardui/ quod imperio esset salubre sine auspiciis/litationeq; agendum, regem admonet. Tullus sacerdotē deludens ait: Quæ meditor/ auguriis poteruntne perfici? Fatidicus inquit: An diis uota tua rata sint augurabor. Abiit/reuersus se omnia pollicetur peracturum. Rex/ nouacula saxum tale scinderes cogitabam. Sacerdos nihil cũctatus molem illam impressione nouaculæ/sui mali demonis ope, diuisisse dicitur. Sic de Claudia, nauem in Tyberi fluuio fixam / qua imago Cybelis aduecta fuerat/ob pudicitiam inculpatam/traxisse fertur. Hæc ope hostis humani generis acta arbitror/ut suis illusionibus/deuiisq; erroribus, ad fallendos/ decipiendosq; homines facilius induceret, in errores inductos firmius teneret. Sane poetarum priscorum figmenta ex his multa sunt / quibus non omnibus mentem esse adhibendam, illis tantum/ qui hominũ facta bonorum nobis enarrauere, quod etiam Magnus Basilius suadet/illaq; imitari/ omniq; conatu similes illis nos præstare debemus. Hesiodi carmina legenda/ cum ad uirtutem alliciant mortales, Ad uitia docet esse promptum iter. Virtutem uero dii immortales altius posuere / sudore parandam / iter difficile / & durissimum, donec uerticem contingere datur / postea planum. His carminibus uidetur autor nihil aliud uoluisse/q̃ ad amplectendam uirtutem mortales excitare/ ut nec initio uoluptati confiderent iuuenes, nec ut rerum tedio / ac labore,

ſpe/patientiaq́ deciderent. Quamobrem ſi quis alius his ſimilia/ac conuenientia bonis moribus locutus fuerit/haud reſpuendus, quã do uero ad nefarios/infameſq́ homines ueniant hæc omnino euita re/his aures obſtruere nõ minus/q̃ Vlyſſem ad Syrenarum dicunt oportebit. Nam prauis aſſueſcere ſermonibus uia quædam eſt ad rem ipſam/ ideo omni cura anima ſeruãda/ ne per leporem oratio nis/uoluptatis prauum aliquid ſimul aſſumamus/ uel qui uenena cum melle concinnant/atq́ occultant. Non itaq́ poetas laudamus (ut rurſus inquit Baſilius) cauillantes contumelioſos/aut ſcomma ta iactantes/nõ ebrietatem/ uel uenerem ſectantes/nõ qui in cibis/ & menſaꝝ lautitia/obſoniis/ ac in obſcœnis cantibus ponũt felicita tem, pręſertim qui de diis cecinere/plures/ac diuerſos mentientes/ inter ſe concordes minime. Germanus enim apud illos contendit cũ germana/pater aduerſus filios, is in patrem ſurgit/ bellũ eſt ſi ne precone/adulteria/ſtupra/amores obſcœnos deoꝝ/omnium aũt maximũ/ac principem deoꝝ Iouem/ut illi autumãtes cecinere/his omnibus contaminãt. Quæ ſcelera ſi quis brutis edixerit erubeſce ret/nos ſcœnæ illa reliquimus. De his tamen/ut audientiũ animos obruant / uerba peragunt. Sed unde digreſſi ſumus reuertamur. Amicos aũt nõ ſolum natura cõparamus: ut aues/ atq́ bruta, quę cœtus/& greges cogunt, nec aliæ/q̃ aliæ ſe diligunt, ſed tantum ſe uniuerſæ quadã naturali ſocietate coniungũt. Nos arte/ſtudio/di ligentia/officio/confirmamur. Milui ſemp̃ ceruos oderunt, cygni aquilas, gryphes equas, noctua cornicem inſectatur: nõ quia pri uata quædam interuenit iniuria / ſed quoniã ita natura ferantur. Cõtra uero eſt magna pauonis amicitia cũ columba (ſi modo dici poſſit amicitia) diligit turturã pſitacus/exigua inter eos eſt naturę ſimilitudo. Quid tum? feruntur ſenſu quodam inſito/nõ uſu/aut conſuetudine aliqua/quæ plurimũ in amicitia ualent. Itaq́ nõ pri uatis beneficiis/nõ ſtudio/non moribus ſe amant/diliguntq́: neq́ eſt inter eos aliquid quaſi diſcrimen amoris, ut alium / q̃ alterum magis uideantur amare, ſed naturæ inſtinctu. Conſtans equi dem / atq́ perpetuum eſt, uincitq́ ſæpe natura rationem / illa in

quã stabilis manet, hæc loco/temporeq; mutatur. Homo uero animal/& sanctum/& diuinum, non solum natura habet insitam/sed etiam comitem animæ rationem. Quędam illi ab animo/rationeq; tribuũtur/quædã ab ipsa natura procedunt. Omnis nostra uita in dandis/accipiendisq; muneribus/& æterna quadã liberalitate/mutuaq; beneficentia continetur/totaq; ex beniuolentia/ ac charitate/ in officio/& ratione uersat̃. Hinc laudem, decus, gloriam, dignitates, diuitias, opesq; consequimur. Nam quid tot principũ præclara gesta/maximorũq; regum munificentia memoratur? in quibus nihil omnino potest esse absurdius/q̃ nõ esse beneficos. Nemo etenim tam diues est/aut cui rerũ omniũ abundantia/ copiaq; est/ ut aliorũ auxilio/pręsidioq; nõ egeat. Solus omniũ parens deus nullo præsidio/nullo auxilio indiget, q̃ sit summũ bonum/& substantia le/Dyonisio autore/ Zerotheoq;: dicunt enim, quemadmodũ sol nõ cogitatione/aut electione, sed eo ipso quod est illuminet omnia quæ pro modo suo participationẽ lucis amittunt / ita & supræmũ illud omniũ perfectorũ/bonorũq; perfectius solem superans/nõ secus ac obtusam imaginẽ primitiua excellit forma ipsa sua substantia omnibus quæ sunt pro captu cuiuscũq;/ totius bonitatis uincit radios/qui Christum deum ad salutem omniũ mortaliũ cœlo emisit. Auream illam ætatem/a/poetis inuentis/coloreq; depictam, illam ipsam mortalibus ostendit/in animisq; hominum fulsit, tranquillitasq; mentis/ æternaq; pax mortalibus per Iesum ipsum omniũ arbitrum/rectoremq; cũ deo ipso orbis opifice/omniũq; parente cõciliata extitit summo fulgore micanti, fulgentiq;/ illud in illa cœlesti/perenniq; patria existimandũ sit / ut bona omnia/& quicquid expeti possit in hac uita mortali/ fortunas omnes/ ornamentaq; omnia/parum habitura esse momenti/aut laudis/si uel uniuersa soli felicitati comparentur. Q̃d si est/ut omnia superet/& uincat: ipsa inq̃ cœlestis felicitas/ sitq; ea posita / ac constituta in cognitione/atq; amplexione supræmi principis dei/ in quo bona/congesta/ cumulataq; sunt omnia.

Finis Primi libri.

PLATONIS ILLVSTRIS: PRAEclaraq; extat sententia/qua quidē ostendit/non esse nos nobis tantū natos, uerum Patriæ/& ad cōmunem utilitatē hominū/ad procreādos liberos/& ut multis ꝓdesse ualeamus / id equidē inter homines diuinū resultat aliquid. Humana enim societas ad cōmoditatem uitæ instituta est/ad maiorem uiuendi libertatē/ad tutiorem/beatioremq; degendi rationem. Existimauerunt prisci hunc orbem quem incolimus/quem tam ornatum/& depictū quodāmodo cernimus/nullam speciem habiturum/nisi/a/ciuilibus incoleretur hominibus. Hi sunt profecto/ qui prouincias diuisere/qui urbes suis locis/qui agros/qui uillas/qui oppida condiderūt/qui homines in unum congregatos, ut bene, ac sancte uiuerent/suis legibus cauerunt: a/quibus uitæ ciuilis norma descripta est, ut/a/Socrate/Pythagora/Xenophonte/Platone/ac Aristotele: quoꝝ libri de moribus, ciuili institutione, ac disciplina referti sunt. Tum ab illis priscis legum latoribus Dracone, Solone, ac Lycurgo/ qui rempublicam quasi nauim existimauere, quæ omniū manibus/qui in ea uehuntur officioq; indiget/& pro uiribus suis niti debet/nō modo ne euertatur, sed ut in tutissimū portum se recipiat, alter in ea gubernaculū regat, alter antemnas dirigat, alius rudentibus adsit, alius alteri rei incūbat, & una omnibus ratio sit/ ut nauis incolumis sit. Sic agendū ciuibus in rep. omnes ita se gerere debēt, ut unus consilio, alter diligentia, alii opibus, reliqui opera/atq; industria rempub. adiuuent. Quo nō ut seruetur saltem, sed ut indies magis atq; magis augeatur. Ita Romulus Vrbis conditor/qui tanta sapientia ualuit, ut plerosq; populos eodem die hostes/ac ciues habuerit. Et (ut Cornelius Tacitus autor est) actore Claudio Nerone, magis exitio fuit Lacedæmoniis, & Atheniensibus/ quanq̄ armis pollebant/q̄ ꝙ uictos omnes populos perpetuo pro alienigenis arcebāt. Qua quidem in re longe magis cernitur Romanorum clementia: Nam seruos etiam/qui benemeriti de repub. fuerant/maiore libertate donatos/Quirites esse uoluere. Inhumanū ducebant eos appel

lare peregrinos / qui optime meriti de ciuitate, quam sibi benefi-ciis patriam fecerunt. Nam Cicero noster refert/Stoicorum mos fuit/ si ratione/animoq; lustraueris/omniũ societatum nulla est gratior/ nulla carior/q̃ in rep. omnibus sui parentes cari sunt/liberi/propin qui/familiaresq;. Sed omnes hominũ caritates patria complectitur/ pro quis uir bonus mortem oppetere nõ dubitet? si ei sit profutu-rus, Augere enim patriam imperio/ honestis agris/ uectigalibus/ optimi ciuis est propriũ. Qua ex re Cato, Curio, Fabritius/ & ple-riq; alii prisci magnam gloriam nacti fuere. Quantam autem lau-dem Brutus ille primus Consul nactus fuerit post exactos reges, qui neq; filiis quidem in coniuratione deprensis / neq; sibi ipsi pe-percit. Dum studio tuendæ patriæ/ quam ex Tarquinii manibus eripuerat, collatis hastis Arrunti Superbi filio congreditur/cecide rũt ambo mutuis uulneribus/sed diuerso nomine. Laudatur enim Brutus ut optimus ciuis/& bene de patria meritus. Improbatur Ar-runs ut nequissimus patricida. Sed nec Romanæ fœminę hac lau de caruere: Nam captis Vehiis/cum aurum mittendum esset Del phico Apollini/propter decimas, quas in bello Camillus uouerat, nec facultas in publico esset, ornamenta sua matronæ in ærarium detulerunt, patriæ magis/q̃ suis cõmodis cõsulentes. Sęuire in pa-triam crimen est grauissimum. Homerus ostendit quanto amore quisq; optimus prosequitur patriam, Vlyssem Saxosam Ithacam nõ maiore tractum desyderio redeundi/ q̃ Agamennoné amplissi-mũ regnum, Id quidem facit amor naturalis. Sed uelim amplecti patriam/bonorum exempla sequendo, ita ut eam opibus/autoritate/ dignitate/imperio/quoad fieri potest augeant. Sed quoniam natu ra libertatem omnes appetunt / potestas uiuendi ut uelint, curan-dum erit/ne patria a tyrãnis opprimatur. Hinc Trasibulus cũ ma nu parua tyrannos triginta Athenis deiicere conaretur/uni ex con sciis dicenti: Quantum tibi Trasibule debebunt Athenæ, Fertur respondisse: Dii faciant/ ut quantum debeam patriæ/tantundem illi persoluam. Pari exemplo Themistocles ne patriæ bellum infer retur Xerse Persarum rege urgente / instituto sacrificio hausit san-

guinē tauri, at hoc pacto mori maluit/q̄ aliqua pte patriæ nocere. Hoc idem si propositū fuisset Coriolano, Mario, Cinnæ, Carboni/ ante illatū patriç bellum/gloriam certe multis laboribus partā nō una cum uita turpiter amisissent. Hostes patriæ iudicati/in cuius educati fuerant sinu. Illi suorum scelerum dedere pœnas. Aeneas uero ante omnia patriæ interitum deflet, de quo Maro: O/patria, o/diuum domus inclyta bello, mœnia Dardanidum. Q̄d nobis nihil in uita carius esse debet patria/aut dulcius/ut Græci aiūt/idem quoq; poeta patriæ carpit hostes, potissimū (ut quidam uolūt) Curionem: Vendidit hic auro patriam/dominumq; potentem, Imposuit/fixit leges precio/atq; refixit. Gallorum captus spoliis/& Cçsaris auro/ut Lucano placet. Athenienses equidē discordia laborantes/a/Lacedæmoniis Lisandro duce uicti fuere, qui sub eorum ditione tam diu fuerāt/ & numero/uiribus/opibus/ longe inferiores. Siquidem (Platone autore) deus ad instar mundanç sphæræ hominem creauit mortalem/eumq; ad cœlum erexit/ueluti illa ad tranquillitatem/& placidam/quietamq; uitam, & ad cognitionem diuinarum scientiarum/ humanarumq; rerum. Vnde M.Fabii sententia est/q̄ sicut aues ad uolatum, equi ad cursum, feræ ad sæuitiam gignuntur/ita nobis copia mentis agitatio/atq; solertia, unde cœlestis animi nostri origo esse cernitur, unde optimus ciuis uirtutes amplectitur/quæ sunt uitæ sine metu degendæ firmissima præsidia: Nā aderit fortitudo in laboribus/periculisq; subeundis/quæ docebit præclarissimū esse, si opus fuerit mori pro patria/ ut Horatius disseruit: Dulce/ & decorum est pro patria mori. Mors fugacem persequitur uirum, nec parcit in bellis uiuentem poplitibus, timidoq; tergo. Et alibi idē: Virtus recludēs in meritis mori cœlū negata tentat iter uia, cœtusq; uulgares/ & udam spernit humum fugiente pœna. Fortitudo præstat magnanimitatem/fiduciam/securitatem/temperantiam/pietatem/ gratitudinem/humanitatem/ facilitatem/firmitatem/tolerantiam, cçterasq; omnes uirtutes/quæ tanq̄ sorores multis nexibus colligatæ sunt, ut de Gratiis poetæ fabulantur / quæ nunq̄ separantur, cum una sine aliis perfecta esse

possit. Sic Horatius Cocles/ qui Tuscorū agmen sustinuit/ donec Sublicius pons scinderetur. Sic & Leonidas Lacedæmonius/cum trecentis suis,quos Sparta eduxerat/ occubuit pro salute Græciæ. Sic Codrus Atheniensium / qui hęsitandum non duxit pro patria occumbere. Sic etiam M. Marcellus/ qui regem Gallorū maximis copiis stipatum,cum paucis equitibus inuasit/ingenti uigore animi obtruncatū,armis exuit. Ad felicitatem sola uirtus ducit/ sine qua nihil mortalibus esse possit/cum ea nihil deesse. Hercules extollitur/ꝙ magnis commodis regiones/magnis beneficiis populos plurimos affecit, e/medio latrones/prædones itinerū/terra,mariq́ꝫ prosecutus sustulit,extinxit fedas/ac nefarias belluas/aues obscœnas sagittis transfixit/quæ populos/regionesq́ꝫ infestabant. Triptolemus/qui usum frumēti Atticos docuit/ ob id deus habitus/apud Aegyptios Osyris ob salubre inuentum medicinæ/& ꝙ uitium Sationem primus eos docuit. Domestici enim tyranni/a/recta republica arcendi / qui ob diuitias ingentes , quibus utuntur ad largitionem in sua ciuitate, primo principatum obtinent / mox discordias serendo/eo multitudinem traducunt/ut opera illius contra nobilitatem utantur. Sumptis itaq́ꝫ armis/ ac pulsis optimatibus tyranni euadunt/ueluti Philon apud Argos, Pactius in Leontinis, Cysellus Corinthi,Pisistratus Athenis,Dionisius Syracusis, Phalaris Agrigenti. Non sic optimus ciuis/qui periclitanti patriæ consilio/manuq́ꝫ opitulatur/ut Hala Seruilius, Publius Scipio Nasica/qui omniū sententia sapientissimus/optimusq́ꝫ est habitus. Viri autem sapientis est proprium(ut Archesilao/& Zenoni placet)cauere ne capiatur/neue fallatur, & aduertere ne aliquem lædat/aut iniuria lacessat/cum longe melius sit(ut Socrates sentit) iniuriam accipere/q̄ aliquē afficere iniuria. Hinc Cicero,laudari/diligi/coli/ gloriosum est, metui uero/& odio esse/inuidiosum/detestabile/imbecillum/caducū/caritate/ & beniuolentia ciuiū septum esse oportet. Carneades/si scires(inquit)Aspidem occulte uspiam latere/ & uelle imprudentem aliquem super ipsa sedere/ cuius mors etiā tibi emolumēto futura esset/improbe feceris/nisi monueris ne assideat.

Ciceronis hæc memoria seruãdã sententia: Diuitiæ ciuitates sunt/ & sine aliarum iniuria lucrentur/& uirtuti incumbãt. Vnde quanta admiratione uirtus Archimenidis Syracusani illius mirabilis sphæræ inuentum/eam non modo Cicero, sed q̃plures Latini/Grę ciq; scriptores celebrarunt. Claudianus poeta Alexandrinus.

Iuppiter in paruo cum cerneret æthera uitro:
  Risit/& ad superos talia dicta dedit.
Huccine mortalis progressa potentia curæ?
  Iam meus in fragili luditur orbe labor.
Iura poli/rerumq; fidem/legemq; uirorum:
  Ecce Syracusius transtulit arte senex.
Inclusus uariis famulatur spiritus astris:
  Et uiuum certis motibus urget opus.
Percurrit proprium mentitus signifer annum:
  Scintillata nouo Cynthia mense redit.
Iamq; suum uoluens audax industria mundum:
  Gaudet/& humana sydera mente uidet.
Quid falso insontem tonitru Salmonea miror?
  Aemula naturæ parua reperta manus.

Sic ille Archita Tarentinus/ qui ad Platonem litteras dedit, ut/a/ Dionisio caueret/si uite suæ bene consultum uellet. Is tanto acumine ingenii extitit / ut simulachrum columbæ mira quadã ratione/ atq; arte fecerit/quod quidẽ uolasse Fauorinus refert. Ita erat quibusdam libramẽtis suspensum/ & in eo inclusa aura temperato spiritu uolatum compellebat. Hinc illa Atheniensium sententia / ut quisq; plurimas ĩ ciuitate artes exerceret/ita utilissimus esse quoq; extimetur. Sic ex Polibio in Aphricani laudes/ꝗ neq; ex foro se domũ ante recipiebat/ q̃ aliquem beneficio sibi obnoxiũ reddidisset. Et Titus Vespasiani filius tantæ comitatis extitit/ ut cũ inter cœnandum meminisset nihil se illo die cuiq̃ præstitisse/ait, Amici hodie diem perdidi: Nam proprium principis est pluribus prodesse/ si possit, Plynio autore. Et Iulius Cæsar omne hominũ genus diuersis benignitatis officiis sibi conciliauit. Vnde Hesiodus uult/ut

maiore mensura reddat/ & accumulatiore / quæ mutuo acceperit. Sic illud Symonidis/qui mortuū feris/ & alitibus proiectum sepe lierat/in somnis monitus ne nauim ascēderet/ naufragio liberatus est. Sic epistolas illas Philippi ad Alexandrum/ & Antiochi patri ad Chasandrum/ & Antigoni ad Philippum filium/ trium regum prudentissimoꝝ,quas lectitasse Cicero refert.Quibus præcipiebāt ut oratione benigna multitudinis animos ad beniuolentiam allicerent/militesq; blando appellando sermone delinirent. Vnde Pyndarus multis laudibus effert Epaminundam Thebanū / qui cum multa sciret/pauca loqueretur, Xenocratis sententiam amplectendo/Pythagoræq;. Nam prisci taciturnitatis uirtutem/uana superstitione numinis instar colebant, Angen/Oramq; uocabāt.Quam quidem digito ad os admoto pro foribus temploꝝ/& curiæ pingebant/ ut silentium intrantibus indicere uideretur. Qđ si sic Callisthenes ad Alexandrum regem ab Aristotele missus peregisset/ nō in cauea uitam duxisset/cum nec is uitæ potestatem in linguę acie haberet, quandoquidem omniū uirtutum primam ducunt compescere linguam/nè noceat cuipiam,sed unicuiq; prosit/& id peragat quod optimū est. Vt Torquati Manlii filius/a/patre iniuria relegatus/ꝙ cum Pomponius tribunus Dictatori Torquato diem dixisset/q; occasione benegerendæ rei / excessisset imperii legitimum tempus/& optimū filium ab hominibus relegasset/quo intellecto/ filius se Romam contulit ad Tribunū/a/ quo statim intromissus/ quia existimaret cōtra patrem aliquid afferre/remotis arbitris gladium strinxit/Pomponiūq; iurare coegit/ se patrem missum esse facturum. Plus enim mouit adulescentē pietas in patrem/q̄ in se patris morositas/& iniuria. Coriolanū quoq;/quem nec dii/nec homines dimouere ab urbis obsidione potuerant,sola mater etiā lachrymabundum auertit. Laudatur apud Maronem Aeneas/ ꝙ patrem Anchisem humeris suis ab incendio liberauerit. Et Scipion/qui patrem apud Ticinū in prælio uulneratū ab hoste seruauit. Siquidē (ut Ciceroni placuit) nihil aptius est ad principatum inter ciues tuendum/atq; tenendū/q̄ diligi,nihil alienius/q̄ timeri. Vnde prę

clare Ennius: Quem metuunt oderint/quem quisq; oderit periisse expetit. Non certe ullius sunt tantæ opes / quæ odiis multorum possunt subsistere. Malus enim custos diuturnitatis metus est. Vnde Cicero inquit: Nam mutua sint oportet beniuolentia/& odium/& eos timere/a/quibus nolumus necesse est, Neq; inquã uerus amor quũ nuncupari potest/ nisi in uirtute/ac constantia/& perpetuitate fundata. Qualis fuit illa Scipionis/& Lælii, Piladis/ac Orestis, & duorum Pythagoreorum Damonis/& Pythiæ. Nam qui ad libidinem/& sæuitiam omnia metiuntur/adulationibus/assentationibus delectus. Crœsus Lidorum rex/nullam aliam ob causam Salonem regno pepulit / nisi q blandiri uir ille sapiens nesciebat. Et Dionisius mortem Philoseno poetæ meditatus dicitur/ q solus ipse uersus in laudem tyranni habitos/eos absurdos/& inconcinnos, dicere ausus fuerit. Et Q. Curtius: regum(inquit)opes sæpius ab assentatoribus/ q̃ ab hostibus euerti. Et Aristippus cum/a/ seniore Dionisio pro amico quicpiam postulasset/nec impetrasset/tyranni genua suppliciter amplexus est / remq; statim assequebatur. Cum hoc uitio sibi daretur: Non ego(inquit) huiuscemodi assentationis autor sum, sed Dionisius/ qui in genibus aures habet. Diogenes percunctatus/quæ nam bellua sæuius morderet ex feris, obtrectator inqt/ex ciuitatibus adulator. Hadrianus Cæsar alioqui bonus princeps a deo adulatoribus aures præbuit/ut ob eorum uoces amicos ad dignitatem antea euectos / deinceps hostiũ loco habuerit. Dionisius Platonem hominem diuinũ sane uendidit/concitato delatoribus odio. Socrates/a/ciuibus suis mori coactus est/malorũ calumniis accusatus falso/quanq̃ innocentissimus esset. Sic Seuerinus Theoderici regis iussu/instantibus adulatoribus patria/ac uita priuatus est. Domitianus uero inter imperii mõstra cõnumeratus hac in re solum respicere uisus est/ q delatores contempserit/& ab urbe expulerit. Hanc uocem sæpe usurpans: Delatores qui nõ castigat irritat. Vnde Cicero: Detrahere enim aliquid alteri/& hominem/hominis incõmodo, suum augere cõmodum magis est contra naturã/q̃ mors/q̃ paupertas/q̃ dolor/q̃ cætera, quæ possunt/aut

corpis occidere/aut rebus externis. At ille Phetion (Plutarcho autore) qui cum Athenienses Apollinis oraculum consultarent de re buspub. oraculum nanq; eis redditum est/unũ esse ciuem, qui omnium uolũtati/opinioniq; aduersaretur. Photion alta uoce se eum esse ait, qua quidem fiducia iudiciũ euasit. Sed Demosthenes Photioni disseruit inquiens, Interiment te Athenienses/si insania eos coeperit. Cui ille, At te necabunt/siquando sapere eis contigerit. Eidem Photion cum sententia diceret/conspiceret pene omnes, ad amicum se conuertit/an mali aliquid inscius suasisset/q; ita omnes annuere uiderentur. Siquidem (ut Cicero disseruit) in gubernãda rep. ante omnia facilitate utare in adeundo/lenitate respondendo. Vnde Cyrum dixisse aiunt/iucundiora multo/acceptioraq; hominibus uideri in optimo uiro/humanitatis/q̃ belli opera. Bella etenim plurimũ mali intulisse mortalibus/humanitatem uero plura bona. Hinc Titus/uelle quidem se talem priuatis exhibere/quales sibi priuatos habere cuperet. Hinc illud M. Drusi tribuni plebis/insolentiæ/qui L. Philippo consuli/qui se concionante interpellauerat/adeo collum intorsit/ut multus/e/naribus cruor eum mpeteret. Idem quoq; eũ Senatus ad eum mitteret/ut in curiã ueniret. Quare non potius (inquit) ipse in curiam Hostiliã propinquam rostris ad me uenit? Sed quid reip. pulchrius tribui põt/quid illustrius? q̃ ciuis bene moratus/qui noscat prudenter/ac modeste omnia per agere/tueri circumuentos/prçmia uirtuti tribuere/uti liberalitate/prodesse q̃plurimis/opem amicis ferre/iustitiam colere. Talis ii q̃ ciuis/qui hisce uirtutibus imbutus est/ac septus, nõ contemnitur/aut iniuria afficitur. Hinc ille Metellus repetundarum accusatus/iudicibus tabulæ exhibitæ/qui aderant oculos auertere indignũ rati tabulis/non tanto uiro/fidem præstari/cui populus Romanus tot prouincias cõmisisset. Et Aphricani maiestas cum prædones quidam adhuc eum uisendum, Lynthernum uenissent/positis armis, eius admiratores/non ut hostes se accessisse dixere/ueneratiq; limen domus, ut Aram/& Deos/Scipionisq; manu

osculata / ante uestibulum / muneribus derelictis, laeti discessere. Hinc illud Messallae Valerii ad Augustum: Quod bonum/ faustumque tibi/domuique tuae Augustae/Senatus consentiens cum populo Romano te patriae patrem salutat. Qui illachrymans ob pietatem/& gratiam/ita dicitur respondisse: Compos factus uotorum meorum patres conscripti/quid habeo aliud/quam deos immortales precari/ut consensum uestrum ad ultimum uitae mihi seruare liceat. Et idem Octauius ad Agrippam: Vides(inquit)mi Agrippa cómunem seniorum omniū consensum erga nos/tertium & sexagesimū annum euasimus/deos oro/ut quantum mihi temporis superest/id salubriter ducere liceat in statu reip. felicissimo. Ciceronis uera est sententia/ uirtutis uera/ & integra gloria est laus bonorum incorrupta/uox bene iudicantiū excellente uirtute. Hinc illud Eudamidis/ quod cum Xenocratem/qui quinquagenarium discentem edisserente conspexisset/rogauit quis nam is senex esset? uirum sapientem/ & uirtutem quaerentem dixere. Subridens(ait)quando ea utetur? si id aetatis adhuc eam quaerit? Suo igitur tempore/cum angusta nostra uita sit/ad sapientiae studia utenda est. Hinc illud Themistoclis/cum centum/ac septem uitae annos absoluisset/se dolore primū angi/quod tunc/e/uita longe breuior/& minus in studiis bonarum disciplinarum uersata fuerit. Et M. Varro/ad Fundanam uxorem, Annus octogesimus admonet me/ut sarcinulas colligam/antequam proficiscar. Et ille Sophocles/a/ filiis accusatus ob nimiam senectutem amentiae rei familiaris negligentia, Oedippi iudicibus Tragoediā ostendit/ sapientissimus iudicatus/filiis obiurgatis. Vnde Homerus, Hesiodus, Simonides, Sthesichorus grandes admodum natu (ut diuus Hieronymus asserit) Cycneū nescio quid & solito dulcius uicina morte cecinerūt. Et Theophrastus(ut ait Cicero)naturam accusare solebat / quod cornicibus / & ceruis diuturnam dedisset aetatem/hominibus perexiguā, qui sibi/& aliis prodesse possent/ si per aeuū liceret sapientiae fontē haurire. Sed uera est Ciceronis sententia/neminē parū diu uixisse/qui uirtutis perfecte functus est munere. Plynius ait/semper acerbā sibi uideri/& imaturā eorum mortē qui

immortale aliquid parant. Nam qui uoluptatibus dediti/quasi in diem uiuũt, uiuendi causas quottidie finiũt. Et Possidonius diem unum (inquit) hominũ eruditorꝫ longe pluris esse/q̄ imperitorum ætatem q̄longissimam. Diogenes Cynicus eos irridere solitus erat/ qui pro bona ualitudine diis sacrificium facerent/ deinde potu/ & cibo se ingurgitarent, Asserens insanum esse, ea/a/diis precari/quę in nostra potestate sunt / quæq; nobis ipsis elargiri possumus. Socrates edendum esse (inquit) ut uiuamus/ non autem uiuendũ ut edamus. Et Diogenes rursus cum luxuriosi uenalem domum proscriptam legeret: Sciebam (inquit) q̄ uino/ciboq; obsessa/q̄primũ dominũ euomeret. Et Dion ad quendam/qui patrimoniũ uorauerat: Terra (inquit) Amphiaraum absorbuit/tu autem terrã. Rursus Diogenes cum aliquando Betas ablueret/hunc cum intueretur Plato submissa uoce ait: Si Dionisium assecutus fuisses / olera non cœnares. Cui ille: At si tu olera cœnare didicisses/tyranno nõ inseruires. Sane deridentur Q. Fabius Gurges, C. Sergius Orata ob deuoratum patrimoniũ. Sic Albidus Romanus/qui cum hereditatem omnem consumpsisset, domus/quę supererat/incendio absorpta/de quo Cato disseruit/ fecisse proteruiã Albidũ, erat sacrificii genus/ut si quid ex epulis superfuisset/igne consumeretur. Sic Aesopi filius Tragœdi/qui quo maiorem pecuniam citius in uentrem mergeret/liquidatos aceto uniones prandio apposuit, & Psitacos auiculas cantu commendabiles pro ficedulis magno precio emptas condire non hesitauit. Id etiam egere ille Marcus Matius/ & Sextus Fadius/qui libros ędidere ad gulę uoracitatem instruendam. Q. Hortensium ferunt primũ omniũ Pauonem in augurali cœna posuisse, & (ut Marcus Varro ait) id potius luxuriose factũ/ q̄ seuere. Et Vitellius Cæsar/qui sęuitiæ/luxuriæq; deditus/ quater quottidie mensam ad saturitatem disponebat. Hinc Aderites Democritus in hoc Cyrum laudat seniorem / q̄ cum ad hospitem diuertisset, rogaretur/quid sibi cœnæ apponi uellet, Panem tantum cibariũ respondit. Sperare enim (ait) prope riuum aquæ se cœnaturum. Nam (Xenophonte autore) adulescentes Persarum ad pa-

nem nihil adhibebât/præter Nasturtium,ad potum profluentem aquam • Etiam Anacharisis Scytha ad Hannonem gloriabundus scripsit/se lacte/carne uesci/ famemq́ sibi pulpamentum esse • Sed Satyricus conqueritur sui æui/ qui septem fercula secreto cœnauit auus•Et Plynius/Romanos pulte/non pane diutius uixisse•Et Ennius obsidionis famem describens/ offam eripuisse plorantibus liberis parentes meminit•Homerus uero Græcis principibus bouis terga in conuiuio apponit/non pauonem/aut ansiperem/aut perdices•Hinc illud Lycurgi: qui omnia/ quę ad mores Lacedœmoniorum spectarent excogitauit• Nā primus ex Creta/uel ex Ionia Homeri poesim in Græciam detulit unius exemplo/ tum multa/ tum conuiuia,quæ illi Philicias cœnas uocant/instituit: Non defluentes uarietate/non luxu,sed moderatione/& mediocritate conditas, uictum/uultumq́ corporis/nō ad uoluptatem/sed ad ualiditatem/ & uires referendum esse•Nam qui naturę humanæ dignitatem/& excellentiam conspicit/intelligit q̄ turpe sit diffluere luxuria/ & delicate/ac molliter uiuere, quanq́ honestum/continenter/ parce/seuere/ac sobrie• Et ut Dion de Diogene/& Alexandro scribit/uoluptatem esse/quę impia sacrificia defert luxuriam/ut deam colit/odoribus uariis/ac saporibus gaudentem,gustum/auditum (ut idem affirmat)quouis modo mirificat/deflectat/balnea frequentat/molles uestes/& laboratos accubitus amat/ muliebres amplexus expectat• Hæc dea mirum est ipsa Circes/quæ Vlyssis socios in porcos mutauit • Hii uero deinceps ut timidi/& fracti animi,publicis/ac priuatis rebus inutiles habentur: nam imitatores sunt/immo superant Sardanapalos/Antoninos/ Helyogabalos/ Caracallas/Othones/diffluentes luxuria/& libidine•Laudatur plurimum/a/priscis sobrietas/& modestia Cæsaris/ab hostibus etiam cōmendatur• Ille enim in regenda rep• legem sumptuariam tulit/ ne ciuium mores nimio luxu corrumperentur• Inde Cicero ad Petum: Sed mehercule mi Pete extra iocum moneo te/quod pertinere ad beate uiuendum arbitror/ut cum uiris bonis/iucundis/amantibus te, uiuas, Nihil est aptius uitæ, nihil ad beate uiuendum accomo-

datius, nec id ad uoluptatem refero/ ſed ad cõmunitatem uitę/atq; uictus, remiſſionemq; animorum, quæ maxime ſermone efficitur familiari, qui eſt in conuiuio dulciſſimus. Et Varro/ ſeptem dicit conuiuium facere, nouem uero conuitium. C. Ortius tribunus plebis legem tulit ad populum/ in qua numerus conuiuarum perſcribebatur. Alia Fannia lex, quæ ſumptui modum impoſuit aſſibus centum. Et Lucius Ticius Romanis obiecit/ q; Porcum Troianũ menſæ inferrẽt grauidum/aliis incluſis animalibus. Sic Bidia lex, inde P. Licinius Craſſus lege rogauit, quæ ducentos æris impendi in nuptiis permiſit. L. Sylla minora rebus precia impoſuit. Et Aemilia lex/quæ ciborũ genus, & modum præfiniuit: Nam priſci Romani priuatam luxuriam ſemper odio habuere, publicam autem magnificentiam dilexere. Nam luxuria/& auaritia duæ peſtes ſunt, quæ (ut Liuio placuit) urbes/ & imperia omnia euertũt. Hinc illud Socratis/ cum ad cœnam quoſdam uocaſſet, puderetq; Xantippen eius coniugem modici obſonii, Bono animo (inquit) ſis uxor: nam ſi modeſti erunt/ frugi cœnulam non aſpernabunt. Si uero intemperãtes/nulla nobis de eis cura erit. Sic Octauio probro datũ/q; in deorũ/dearumq; habitu diſcubuerit cũ conuiuis, ipſum pro Apolline ornatũ/ut Suetonius refert, Hinc Carmina.

Cum primũ iſtorum conduxit menſa Choragum
  Sexq; deos uidit Mallia/ſexq; deas:
Impia dum Cæſar Phœbi mendacia ludit/
  Dum noua diuorum cœnat adulteria:
Omnia ſe/a/terris tunc lumina declinarunt
  Fugit/& auratos Iuppiter ipſe thronos.

Auxit cœnæ rumorem/ſumma tunc in ciuitate penuria/ac fames, acclamatumq; eſt poſtridie/ frumentum omne deos cõmediſſe, & Cæſarem plane eſſe Apollinem/ ſed tortorem, quo cognomine uanus ille deus/ in quadam urbis parte colebatur. Sed Cæſari pertinaci/qui ſummæ auaritiæ fuit/ & ſolitus conuiuia peragere/in his dimidiatas lactucas/& cardos apponebat/& ſiquãdo amicis de cõuiuiali prãdio miſit/offulas binas/omaſi ptem/aliqñ lumbos galli-

naccos/ ut refert Iulius Capitolinus • Laudatur etiam Hadrianus Cęsar/q̄ Senatores,equitesq; Romanos semper in publico togatos esse uoluit,nisi/a/ coena reuerterentur, ipse etiam cum Italiæ esset togatus semper præcessit• Præclare inq̄ illi prisci/ qui in conuiuiis hystorias/ & poesim/ ac musicã ad cytharam Heroum illustres res gestas canebant• Illoꝝ Heroum,quoꝝ tota uita in uirtute/ non in ostentatione locata erat • Pulchre equidem Cicero dixit/ hanc esse uiam proximam ad gloriam/ & quasi compendiariam • Si quis id ageret/ut esset talis,qualis haberi uellet/nõ ficto/simulatoq; sermone/cum simulatum diuturnum esse nequeat•Sic Saturnius tribunus plebis Melii Spurii filius Gracchoꝝ•M•Drusi : quoꝝ uita tota in ostentatione fundata erat•Aliud enim præ se ferebant uultu/ ac uerbis,aliud fixum in mente gerebãt•Ita etiam Pisistrati Atheniensium tyranni mos, & Phalaris Agrigentini• Sed uera gloria Solonis, Lycurgi,Bruti,Fabii Maximi,Pauli Aemilii,Scipionis/ qui nihil aliud in uita cogitarunt/nihil egerunt,nisi quod præclarum/& laudabile pro omniũ salute/& dignitate patriæ uideretur, pro qua bonus ciuis/ si opus fuerit/ nõ hęsitabit mortem oppetere• Ornandam domũ(ut ait Cicero)dignitate/ nõ dignitatem domo• Nam(ut Homero placuit) domus non ex auro/ebore/argentoue, sed uirtute/& gloria rerum gestarum ornanda est• Illa enim ornamenta deliciarum/& muliebris lasciuiæ plena sunt,a/quibus certe tanq̄/a/Syrenis scopulis bonũ ciuem declinare oportet•Et ut idem Homerus/Menelai mollis/& effœminati eius sentẽtia exornat/describit•Præterea hortos/Pheacum/Calipsus domũ/ac Circes/ ut ex tam accurata pictura/mores quoq; incolentiũ comprehendi possit probi/optimiq; ciuis, ita magnifice/ac splendide ornentur/ut nihil muliebre præ se ferant/ liberosq; suos ad uirtutem amplectendam admoneant / hortenturq;/ ne more brutoꝝ uitam ducant, Virgilii monitis obtemperantes/cum ait : Hyrcanæq; admorũt ubera Tygres•Et Theocritus incupidinem incusans, Lęenæ mãmas suxisse dicit • Et Naso : Natum esse scopulis/ & eductum lacte ferino : Et dicam silices pectus habere tuũ • Hinc Cicero Gracchoꝝ matrem

mirifice laudat / q assiduo cōmertio plurimū contulit eloquentiæ filiis:eius se epistolas lectitasse ait. Et Lælii filiam/quæ in eloquendo paternam eloquentiam exprimebat / & filios disertos reddidit. Aretham/Aristippiq filiam peregisse/quę ad parem usq patris sui laudem Aristippum iuniorem docuit. Etiam Theocleam Pythagoræ sororem suos edocuisse / ipsa perpetuam uirginitatem seruauit/ & uirgines edocuit/ castitatisq / ac pudicitiæ munera exornauit. Spreuit Alexander Darii filiam/cum magna regni parte. Barsynen Græcis litteris optime eruditam/ quāuis inops esset, in coniugem duxit: Nam Lycurgi lex erat/ut sine dote uxores ducerentur/ut uiri coniugis uirtutem ad liberos erudiendos/nō opes quærerent. Si illa Myrtis Lyrica laude nō caruit/ sed præstantior eius discipula Canna/a/ qua Sapho Erexia ad certamen usq Pindari euecta est/ quæ & ipsa edocuit Anagoram Millesiam, Congillam Colophoniam. Sic Cornificia Romana Cornificii poetę soror/quę multos edocuit/ & præclara ædidit epigrāmata/ ex quibus magnā meruit gloriam/laudemq. Siquidem Pythagoras ille/qui primus philosophiæ nomen adinuenit / & Crothonem optime legibus instituit/iuuenibus uirtutem/uiris fortitudinem/ mulieribus pudiciciam/& connubii fidem/ pueris uerecundiam/& litteraꝝ amorem/ omnibus frugalitatis studium exhibuit/ præbuitq. Thebanum quoq Epaminundam ad hos usus erudiuit Lysias Pythagoreus, Dionem Syracusanū Plato. Vnde Cicero disseruit ex quatuor honestis locis illum/ qui in ueri cognitione consistit/ maxime naturā contingere humanā. Omnes enim trahimur ad cognitionis scientiæ cupiditatem/in qua excellere pulchrum putamus. Labi autem errare/nescire/ decipi/ malum,& turpe ducimus. Nam si in rebus agendis laudatur uir prudens / cur sapiens in rebus cōtemplandis propria laude carebit? Q d si in actione prudentiæ felicitas humana reposita est/cur sapientem beatissimū nō appellabis/ in contemplatione uiuentem,nec inquā uis/sed in ea quoad fieri potest persimilis sit/ cum res diuinas reuocato/a/ sensibus animo/intueatur/ & respicit/nō potest esse consilio bonus/qui ita uixit/ut uoluptates

non reiiceret/auaritiam concupisceret, affectus deniq;/ac perturbationes non sedaret/qui reip. utile consilium non daret, qui aurum muneraq; pro patriæ dignitate/ salute, cæterisq; rebus nō anteponat/& facillime hominū cupiditates/& honestum/ ac rectum non suadebit, uti Themistocles/ cuius profecto consilium de frangendis Lacedœmoniorum opibus clanculum intendite eorum classe. Aristides dixit perutile quidem, sed minime honestum esse. Et/a/ Pyrro muneribus/& pollicitationibus Fabritius flecti non potuit/ cum in Senatu censeret contra patriæ dignitatem/ regi pacem concedendā esse, anteq̄ ab Italia decederet/abiretq;. Re infecta, Samnitum legati frustra Mannium Curium auro/& argento impellere conati/ad dandam Samnitibus pacem in Senatu censeret/ cum illi toties uiolati fœderis nondum iustas pœnas dedissent. Siquidem uirtus amplectenda est: Nam Alexander ille Magnus dicere solebat/non minores se gratias habere Aristoteli præceptori/q̄ Philippo patri. Equidem/si pater ei uiuendi principium dederat, Aristoteles bene uiuendi rationem tradiderat/quam uitæ etiam præferendam arbitrabatur. Hinc iuuenes Lugdunenses(ut Quintilianus est autor)ob uirtutis amorē certamen agitabant, Latinę/Gręcæq; facundiæ, nihil aliud prȩmii uictoribus uicti prȩstabant/nisi q̄ eorum laudes scribere cogebantur, quod ubi facere destiterunt/ scripta sua lingua/spongiaq; abstergebant/ut Suetonius etiam astipulatur/& Iuuenalis: ut Nullis pressit calcibus anguem, Aut Lugdunensem rhetor uicturus ad aram. Nam(ut Cicero inquit) uis humani ingenii/a/natura sic generata est / ut ad omnem uirtutem percipiendam facta esse uideatur. Ad quas uirtutes capescendas/ Astronomi/ac poetæ Mercurio attribuunt, quem lusionum/disciplinarumq; deum esse fabulantur. Peleus ille facile patiebatur ab Achille gloria uirtutis superari, cui Chironem/& Phœnicem præceptores/ magnis etiam præmiis adhibuerat. Ad laudem quidem suam putabat accedere/ quicquid filius uirtutis excellētia fecisset. Vlyssem quoq; Homerus inducit præclara facinora præsente filio narrantem/ut ad paternas uirtutes imitandas alacrior redderetur.

Cicero ad filium sæpenumero ita loquitur / ut nihil maius cupere uideatur/q̄ ab eo litteris si posset superari. Quippe nō solum apud Mœdos(ut Herodotus testis est) sed apud omnes gentes uirtutis gratia delecti sunt/qui aliis pręessent, acciti etiam externi sunt ob insignem uirtutem / ut ciuitates / regnaq̧ regerent ; ut de Numa, Traiano, Nerua, Theodosio scriptores edixere. His enim mortales cōmittunt fortunas/ liberos/coniuges/ atq̧ humana omnia, eo maxime / ut quando uirtus cum iustitia annexa est (ut Aristoteli placet)cum iustitia non sit pars uirtutis, sed tota uirtus. Hinc ille Camillus extollit/ꝗ remisso pedagogo, uirgis/a/pueris cæso/ quos secū transfuga in castra hostiū duxerat. Falenos/ quos ui non poterat, iustitia/& clemētia/ac ꝓpria uirtute in deditionē accœpit. Sic Aristides/cognomento iustus/ ꝗ Themisthoclis consilium(ut ante dixi)utile quidem/ non tamen honestum/ aut iustum apud populum improbari. Siquidem etiā principes magni sub autoribus plerūq̧ clariores/ q̄ sub parentibus euadunt. Quod Philippo magni Alexandri patri usu uenit/ qui obses triennio Thebis, uirtutibus Epaminundæ regno Gręciæ/ Asiæq̧ potitus est/ & sordidum/ obscurumq̧ ante eum Macedonum nomen rerum gestarū gloria illustrauit. Ita Homerus Vlyssi/quem Græcorum sapientissimum esse uult, Mineruam comitem facit/quæ eum ab omnibus periculis/laboribus/ naufragiis/ uendicat patriæ/ parenti/ coniugi reducem tandem restituit/ ut ostendat Vlyssem doctrina/ & sapientia/ ac sola uirtute potuisse omnia superare pericula. Hic est ille alatus equus/quo uectum Bellerophonta monstra superasse poetæ fabulantur. Hic est ille Mineruæ clypeus Mauræ Gorgonis capite pręfixus, quem intuentes mortales/in saxa uertebātur/sapientia scilicet/& uirtus/ quæ sola doctrina addita comparatur, qua homines fortes/ac muniti redduntur/contra omnia pericula/humanosq̧ incursus. Nam uera est illa Horatii sententia/cum ait: Integer uitæ/ scelerisq̧ purus, Non eget Mauri iaculis/ neq̧ arcu, Nec uenatis grauida sagittis, Fusce pharetra. Sed qui inertes sunt(ut Catonis est sententia)eo ꝗ nihil agunt/male agere discunt. Et Plato: Sicut

sedulę apes ignauos fucos/qui pro cõmuni melle laborare nolunt. Et Maro: Ignauũ fucos pecus/a/præsepibus arcent. Et Dion ex Solonis sententia/illos paternis/maiorũq; sepulchris cohibendos esse refert/qui nec doctrinam didicissent/ nec artem aliquam exercuissent. Et idem Solon: Is qui ocium sectatur/omibus accusare uolentibus obnoxius esto. Idem ille Themistocles/ de quo Cicero meminit adolescens adhuc in Ganeis inter scorta/& temulentes iuuenes uersabatur. At postq̃ Milciadis ductu Persæ ad Marathona uicti fuere/ęmulatione etiam ductus uitam mutauit/& cum eius mores sodales admirarentur(ait) Milciadis se/a/ somno excitari / nihilq; amplius uelle/q̃ laudi/gloriæq; incumbere. Qua ambitione excitatus non longo interuallo in clarissimũ euasit ducem / & plurimas patriæ uictorias peperit. Verum enimuero ut fortitudo sine iustitia/ac uirtute iniquitatis est uinculũ / cum ualidior imbecilliorem opprimat, ita iustitia sine fortitudine terga nonnunq̃ uertit / atq; eosdem deserit/quos tueri deberet. Vera inquã fortitudo est, seipsum uincere/iram continere/nullis illecebris capi/aduersis nõ perturbari/nec extolli secundis / & quasi uento huc illuc non impelli. Vnde prisci Themistoclem laudarunt / ac iure quidem Salamina uictoria clarus effectus laudatur. Et Solon/cuius consilio/ac legibus uictoria illa parta est. Habent Lacedæmonii Lycurgum suũ quem Lysandro obiiciãt/rebus bellicis claro. Eadem quoq; de Romanis licet effari. Non enim inquã/Ninus iuuit armis remp. consilio M. Scaurus/q̃ C. Marius armis, non Quintus Catulus / Gn. Pompeo, non Marcus Tullius Cicero/C. Antonio bellum foris gerente. Siquidem uirtus sola est/quæ cunctis dominatur. Hinc Diogenes Cynicus cum Athenas pergeret/ percunctatus quorsum pergeret/& unde reuerteretur? A/uiris inquit/& ad mulieres. Et paulopost/a/predonibus captus cum Aeginam nauigaret / & Xeniadi uenundatus esset/eiusq; filios in disciplinam accepisset/ illos philosophiæ præceptis / & aliis disciplinis liberalibus instituit / quos etiam Lacedæmonio more exercebat, & equitare / luctari / arcum tendere/fundas rotare/sudem iacere/adeo instituit, ut moribus/uir

tutibus/disciplinis/fortitudine/ac robore, paruo interuallo praecla ros parenti reddiderit. Vnde Xeniades dicere solebat/se gratias for tunae praebere/q̃ diuini spiritus afflatu in suam domum ingressus esset. Nam(ut Aristotelica sententia extat) eo differre uirtutibus/ disciplinisq̃ imbutus/ab eo/qui earum expers est/uti qui/e/uita ex cessit/ab eo/ qui uitam saluberrimam ducit. Quippe/& si uirtuti bus amaritudo permixta sit, uitia uero uoluptate condita sint illa/ offensi/ac deliniti feruntur in preceps/ac bonorum specie falsi/ma la pro bonis occurrendum inquã censeo/his tenebris/ ut & discipli nis imbuti/ad ueram dirigantur sapientiam / inscii uero ad ueram illam diuinam Christi relligionem/quae multo fulgentior iudican da est. Nempe/qui pie/ac caste/relligioseq̃/atq̃ innocenter morta les uiuere edocet/maiori gloria/ atq̃ laude dignus est/q̃ quidẽ mor talibus/& caducis/humanisq̃ benemeretur. Igitur optimi ciuis est ad remp. bene tuendã/nõ auro praedominare, Marcũ illum Curiũ imitetur/ qui maluit habentibus aurum imperare/ q̃ aurum possi dere. Proponatq̃ ad bene/beateq̃ uiuendũ/uitam esse sibi felicem/ uirtutem insequi honorificam/& illius nunq̃ uisos amantes colere atq̃ diligere. At quidem uehitur super Aemiliano curru/sceptro in signitus eburnio/hanc ad triumphales coronas gloriosus ascendet. Sic Gorgias Leontinus ob doctrinae / ingeniiq̃ excellentiam, sibi uniuersa Graecia/ in templo Delphico statuam solido auro consti tuit. Deniq̃ Fabii continentiã/optimus de rep. ciuis/& benemeri tus retineat/Caesaris liberalitatem/Pompei gloriã imitetur/ ac Ca tonis grauitatem assequetur/in fide ut alter Regulus uiuat/in con stantia Quintum Sceuolam prosequetur, qui Syllanas minas in Senatu/tacentibus omnibus/nequaq̃ ueritus est. In animi modera tione Aphricanum imitetur/de rep. benemeritum/ ac omni digno praeconio/ aequo tamen iure uiuere maluit, Fabiumq̃ Maximũ in auxiliandis ciuibus amplectetur / qui unicum, quem possidebat/ pro captiuis redimendis fundum uendidit, Marcum Marcellum in clemẽtia contemperet/qui captis/a/se Syracusis/arcem conscen

dens/& casum intuens, lachrymas cohibere nõ quiuit. In amicitia ita se præstare conuenit/ut quottidie domum redeunti/sibi deuinctum aliquem multifaria reddat, aut Damonem, aut Pithiam Samium. Pisistratus Atheniensium tyrannus in humanitate sibi cedat/qui inuita coniuge/ hostibus propriis pepercit. In parentibus Scipionem intueatur/qui patrem apud Ticinum/ac cum Hannibale congressum/liberauit. Pietate erga patriam maximi uirum animi, & altissimi consilii Coriolanum/ eiusq; mores inspiciat. Quid inquam de iustitia dicerem/cuius est splendor maximus, in ea profecto/tanq̃ scopulus constans, nulla ambitione/gratia/sorde/pecunia/hostiumue metu, nec moueri, nec terreri quisq̃ debeat. Sic de fide publica grauiter/ libere/ac sapienter in dicendis/peragendisq; rebus, Studiumq;/ac industriam Demosthenis, Aristotelis, Platonisq; imitetur/ qui leges suis instituere/ moresq; optimos docuere. Memoriamq; Cyri Persarum regis, ac Mithridatis Ponti conspiciat, moresq; Catonis imitetur, eloquentiam Curionũ familiæ desyderet, meditationeq; Methrodori philosophi admiretur, patientiamq; in aduersis / Pompeum illum/a/ Gentio rege interceptum/ qui/ne Romanorum consilia proderet/digitum aduxit. Sic Marci Scauri amplecteť in fiducia/ quem Romanus populus/a/dementissima uariatione eripuit. Sic Nasicæ iustitiam diligat. Hæc nãq; pro tuenda patria peragenda sunt/quasi quædã munificentiæ officina, & Agrigentini Giliæ uniuersum spectaculum, domus equidem sua omnibus pateat/liberale hospitium/consilii studium/uirtutis tutela / quasi Apollinis aditus in illo esse queat / ut quicquid artificii/aut naturæ uis in ipso desyderetur/ & disciplinæ uires/facundiæ/integritatis/fidei/grauitatis/ iustitiæ/ac religionis lumen fulgidissimũ splendescat. Eam inquam/ ut catholicæ occurret/ obtemperet fidei/ineffabili dilectione/ fulgentiq; amore prosequatur eam.

Finis Secundi libri.

g RAVE PROFECTO, AC ONERO ſum mortali ad dignitatem cuncta referenti/ cæteris uideri poteſt leuius / qui ut nimiũ auferunt diligentiæ ad cõmunem ſalutem cuſtodiendam / ita ad efferendam oſtentationem ambitionis / & inſolentiæ plurimum • Qua in re adeo ferri nequeunt / ut nihil uideri poſſit infractius/Plutino Antiſtite autore•Nempe ſunt etiam/qui odio / & rapina ſic armentur / ut non eorum cuſtodiæ traditæ, ſed depopulationi datæ omnium ciuium fortunæ uideantur • Iccirco adhibenda eſt illa diuina ſententia Platonis / qui eos ſolos cenſuit admittendos reipublicæ muneribus: qui eſſent idonei, cęteros autem longe repellendos : quorum uel ingenii tarditas / uel naturæ malignitas rem cõmode afferre non poſſent • Nam quoſdam ipſa natura tulit paulo hebetiores / & deſides ad deliberandum : alios uero acutos, illos quidem ad conſultandum acres/ & induſtrioſos/ tamen parum moderatos/ præcipites ad iram/ ad inimicitias/ atq; odium pertinaces/ ſimulratum cupidos/ & ſeditionum : quo nihil eſt in republica pernicioſius / magis præcauendum/ut Platoni placuit• Hæc inquã cum ipſo naſcuntur homine/ & deponi ſæpe non poſſunt / occultãtur nonnunq̃ ad tempus/ quo maiores ſuſcipiant uires / ad reipublicæ ſtatum perturbandum : Nec ulla eſt ad nocendum peſtis acerbior • Hinc illa philoſophorum ſententia / ut neq; cruentam tyrannidem / neq; mollem licentiam ferri putent oportere • Euertit enim uno momento rempublicam lenitas/ paulatim eneruat / cum uiolentius robuſta cadant / q̃ imbecilla deficiant•Præclare inquã/qui magiſtratum gerere nititur/illum miſſum / ita & natura inſtitutum eſſe oportebit / ut nihil in eo deſyderetur : quod ad ſummum uirum pertineat / ut acre ingenium, non abiecta forma / perſpicax & natura / grauitas in conſulendo / uiuax/ atq; ardens diligentia in re bene gerenda : ne immani ſęuitate iuſtitia fœdetur / aut torpeſcat / langueſcetq; nimia lenitate• Hinc illi Romani priſci ſummo magiſtratui duos præficiebant;

qui lictores / & trabeam : cæteraq; regum ornamenta præ se ferrent/ regię potestatis exemplo creati • Horum munus urbana/militaria alter exercebat : parum inquam fuisset ocio / & tranquillitate intra mœnia frui / si hostes fines inuaderent / & foris arma urbs ipsa / consilio / prudentiaq; indigeret , neq; satis tuta esset• Vnde Pompeius frustra ad se uictoriam foris partem asseruit/ nisi consul Cicero urbem ipsam sua prudentia seruasset/ in qua triumphum duceret / ex tot regum manubiis • Nec censeo in republica perpetuos magistratus constituendos • Quippe / diuturnitas plerumq; mortalium mores mutat / tyrannidemq; prebere solet, ut in Iulio Cæsare/ qui perpetua dictatura/ patriam inuasit • Difficilius quidem est in rebus prosperis / tum etiam aduersis modestiam seruare • Equidem, proprium magistratuum est/ iustitiam/innocentiam / integritatem magis exemplo / q̃ uerbo seruare • Vt qui rei militari præest / militiæ delectum eo modo constituat / ut ubiq; æqualitas seruetur : ut non pluris miles / q̃ dux existimandus sit• Hinc illa Homeri sententia : Tutiorem ceruorum exercitum esse duce leone/q̃ leonũ duce ceruo sit•Et Epamiũdas dux Thebanorum cum conspiceret se lætali uulnere transfixum / percunctatus an Iolidas Audandaiphantus euasissent prælio / cecidisse respondere, Iussit ut cum Spartanis pacem inirent/ cum duce omnino carerent / si prope suos noscerent ciues• Et Demades / qui ex temporanea oratione cunctos superauit Athenienses / præcepto Alexandri obitu ita disseruit : Perspicere se Macedonum exercitum / quia tali duce esset orbatus ex cecato Cyclopi perq̃ simillimum • Siquidem iuris dicendi ratio in unaquaq; republica habenda est / quæ quidem efficit / ut in ea absq; iniuria / ac ui ciuitas ipsa incolatur• Cum sine litibus / iurgiisq; populo repleta/respublica regi nõ possit/ubi nõ ex Platonis sententia uiuitur:qui omnia cõmunia disseruit• Sed Aristotelis/ut sua quisq; dinoscat, statuit nanq; agros cõmunes incultos esse / & sentibus horrere, priuatos aũt longe cultiores/nitidioresq;• Nã cõmuniter negligi, quæ/a/pluribus possidẽ-

tur. Sed rebus modus est adhibendus/ne locupletes omnia possi/deant/tenuiores autem excludãtur, hoc equidem pernitiosum est. Vnde Persius: Diues arat curribus/quantus non miluus aberrat. sed finibus scribendus est/atq; limite/a/quo litem nomen accepisse a/cõtentione limitis/Varrone autore. Hinc Virgilius: Limes agro positus/ut discerneret aruis. In ea inquã rep. patroni causarũ uiri optimi sint/dicendiq; periti/qui nihil dolo/nihil callide peragant. Nam nihil in rep. tam incorruptum esse debet/ q̃ iudicium: quod quidem sępius lingua/q̃ pecunia corrumpitur. Quare eleganter se nõ intelligere Cicero ait. Cur qui sententiã pecunia corrumpit poe na dignus sit/q̃ qui uera eloquentia laudẽ ferat. Mihi equidẽ/inqt hoc plus mali facere uidet/qui oratione/ q̃ qui precio iudicẽ corrũ pit/cũ pecunia corrũpere prudẽtem nemo potest: dicendo aũt põt. Elimandi/ odioq; digni sunt causarum præuaricatores: Vendunt enim iustitię patrociniũ/& optimũ inter mortales defendendi offi cium deserunt, nunc reum / nunc uero actorem emungunt/ & de/mum utrunq; decipiunt. Vnde Cicero/ non defendi homines sine uituperatione posse. Plectendi lege Cynthia essent/ qua oratorum auaritiæ modus statuebat/ & ne iuuenes præmii spe fraudati/cau sas negligentius perorarent. Cynthia lex Appii Claudii rogationẽ temperata est. Et Aegyptii(Diodoro autore)optimos ex clariori/bus urbibus uiros/numero quidem triginta iudiciis præesse uolue re/quibus unus præerat/aurea bulla insignitus/gemmis/ac marga ritis ornata/quæ insigne/nomenq; ueritatis haberet. His scripta ac cusatoris tabula afferebatur / in qua damnũ/ iniuriaue inerat eius extimatio. Reo tempus rescribendi dabatur / rursusq; accusatori/ reoq; inuicem respondendi locus erat. Quibus bis auditis / ubi iudices controuersiam probe didicissent / ueritatis signum in eam partem intendebant / pro qua iuris rationem esse arbitrabantur/ sententiamq; ferebant. Rem quoq; sine causidicis agitatam existi/mantes ex altercatione actoris/ ac rei/ ubi lis scriptis ageretur / ue/ritatem facilius elici posse / cum neq; astu / aut ingenio / aut arte / dolo / audaciaue iudicia præuerterentur. His magistrati/

bus uictus/a/rege præbebatur. Idemq́ apud Athenienses Ariopagitæ, & apud Lacedæmonios senatores iudiciis præerant/ & omnia iuste/ ac legitime agitabantur, & quisq́ sine iniuria quod suū erat retinebat, & ciues equo iure in pace/ ac tranquillitate uitā degebant. Quāuis pleriq́ scripsere ad magistratus gerendos nobiliores præficiendos. Quippe his insunt ingenitæ nonnullæ uirtutes/ uel eas assequuntur persuasione maiorꝝ. Brutos legimus libertatis studio prçter patritios omnes flagrasse. Exemplū/ut arbitror posteros secutos/Bruti illius/qui & uiolatæ libertatis/ pariter ac pudicitiæ ultor fuit. Sic etiā Decii/pater/filius/& nepos, qui pro patria se deuouerūt/& perennis nobilitatis gloriā assecuti sunt. Quæ quidē ꝑsuasio reddidit posteros promptiores/alacrioresq́ ad bene de rep. merendum. Siquidem nemo hæsitat eam esse nobilitatem/ quam ex illustrium origine qui suscipit, illi inquā suis posteris tanq̄ hereditariū munus relinquūt. Nam cū rebus clarissime gestis/disciplina/moribus/gloria/uirtutibusq́ illustrati in rep. fuerint/præclarissimū nomen adepti/ & summos honores / maximosq́ magistratus consecuti/profecto ipsi suis artibus/& reip. munere nobiles facti sunt/quorꝝ etiam nobilitatis recordatione omnis eorꝝ posteritas decorata est. Nam cū ex sanguine/ac membris/atq́ uisceribus/ossibusq́ in lucem çditi liberi fuerint/quid aliud dici queunt/ nisi proprie priscorꝝ corporꝝ partem. Necesse est igitur parentem gloriam in liberos/tanq̄ suas in partes diffusas/ pariter/a/ liberis in omnem deinceps posteritatem. Huic parentū imagines in ipsis liberorum uirtutibus quasi insitæ/atq́ ingenitæ. Tanta quidem corporꝝ similitudine compactæ sunt/ ut nihil pene dispar censeri possit / ita ut plerūq́ in illis parentes renati uideantur. Adiiciuntur nonnunq̄ mores liberorꝝ simillimi/& eadem pene ingenia/ & compares uitæ cultus. Sic & continuæ educationes/domesticæq́ consuetudines/& assidua actorꝝ/gestorūq́ conuersatio/quibus assuefacti/aliquando etiam exterorꝝ animi alliciuntur. Quibus profecto rationibus constat maximū robur/ consuetudinem / ac naturam exercere in liberos/uehementerq́ uim suam imprimere/ ita ut plerumq́ uitia ma-

iorum/ posteritatem suam / quadam quasi contagione deturpant, uirtutes uero mirabili quodam splendore decorant/atq; illustrant. Quasi inquã Aeneæ liberos/& Philippi Macedonis, nisi nobilissimos iudicent ? ob gestarum rerum gloriam totius Orientis imperium nactum/Persarũq; regnum euersum, Et patris Furii Camilli liberos nõ clarissimos iudicauerit/ qui cum patria in hostili manu incidisset/solus urbis incendiũ extinxit/solus reip. incolumitatem reparauit.Etiam Timonis uirtus/Dionisq;/qui tyrannos ex Syracusis expulere/& remp.ad libertatem uendicarũt.Quid Trasybulus ? qui triginta tyrannos expulit, qui Atheniensiũ libertatem oc cupauerant.Quis nõ Fabios/aut Aemilios/ aut Catones nõ maxime prędicet gloriosissimos ? quorum uirtute resp.Romana maximis triumphis toties decorata/& illustrata est.Quis inquã non iudicabit illã remp.eo maxime liberis debere ? qui toties pro patria/ tot ingentibus periculis, uitam/ fortunasq; omnes suas exposuere. Nempe/ si horũ parentes bene de rep. meriti fuere/ maximosq; illi honores/ingentemq; gloriam attulerunt, utiq; ingrati essent ciues/ nisi illorum memoriam semper/ueluti celebratissimã colerent. Sic optime reip.Romani præcipue ne ingrati uiderentur/publicis legibus sanxerunt/ut hii, qui uel domitis hostibus/ uel fusis exercitibus/uel prouinciis subactis/uictrici gloria in patriã redibant, post felices triumphos/quibus quasi dii imortales honore publico efferebantur, sculptæ imagines pro rostris ponebãtur/ & arcus deniq; triumphales constituebãt, quibus eorum nomina sempiterna laude omnibus deinceps posteris paterẽt/ & egregiis titulis memorandissimi fierẽt.Deinde arcus illos/atq; illas imagines institutis diebus ciues uenerabantur . Quamobrem si simulachris illis tantus dabatur honos/quantus profecto eorum liberis præbebitur, eo enim sculptilia ficto quodam artificio signa uirorum illustrium dissimulabant/ in his autem, nam ueras parentum imagines natura osten dit, Illi quidem inanimati lapides nunq̃ reipub.prodesse possunt, horum uero uita / imitatione maiorum/ multas afferre utilitates , multis prodesse ciuibus , multa etiam propulsare incommoda.

Itaq; his tribuendi magistratus/imperiaq; condonanda. Quippe si qua rerum humanarum cura est/prout nemo ambigit, postq̄ hinc exutis corporibus nobilissimi spiritus euolauerint, nihil hic profecto beatius/aut dulcius illorum animis afferri potest/q̄ ut patriæ liberi/eorum relliquiæ recordatione maiorum/in maximis reip. muneribus/imperiisq; uenerentur. Conspicimus inquā/habent uoluptatem hi/qui ex hac decedunt uita/totam quidem ad liberos esse concessam, nihil aliud sapiunt/aut cogitant/nec omnino se mori arbitrantur, siquando illi superstites sunt/ nec omnino ab humanitate derelictos, siquando ipsi in humanitate quadam suam adhuc uiuentem portionem relinquūt. Quibus de rebus/si tantus est in liberos parentum amor / ut nullus maior in uotis mortaliū cogitari possit, si tanta est eorum spes in uita/ in morte uero uoluptas/ atq; etiam post uitæ exitum recordatio/ manifestum esse constat maiorum meritis maxime eorum liberis remp. ipsam debere / illos præterea parentum gloria uenerari/ & colere/ atq; eam gratitudinem in posteros exercere/quam nō perfecte in parentes conferre potuit. Hoc inquā summū est nobilitatis genus/ posse maiorum suorum egregia facinora prędicare/illorumq; beneficiis honores publicos expostulare/ gloriamq; reip. hereditario quodā iure uendicare. Quid plura? sese partes ipsorum corporum uocare / & clarissimas in suis uultibus eorum imagines ostendere. Hanc utiq; nobilitatem uniuersi uocant/quos etenim nobiles uulgus appellat/nisi eos/quos nobilissimi parentes genuere. Proinde/qui disciplinarum/ bonarūq; artium eruditi sunt/ nonne nobiles dicuntur? generososq; / quasi in nobilitatis genere sint. Primum enim nobilitatis genus opus affluentia decorat/quibus familię domestici apparatus floridiores fiunt/exterioresq; amicitię conseruantur frequentia celebriori/utpote cum amicis/cognatis/& exteris reliquis/ qui bonis necessariis carent/ quibus ne alieno præsidio est opus/suo quouis arbitrio fauere/& benefacere possit. Summū nanq; fastigium nobilitatis est liberalitatis/ quam frustra in alios quis exercere nitet/ cuius necessitati sua satis nō sunt. Necesse est igitur/qui uult liberalitate uti affluere fortunæ bonis,

tunc liberalitate nobilitas clarescit/fitq́ plurimoꝝ gratia ex benefi
centia præstantior/alis unus hic pulcherrimus splendor nobilitatis
obscuratur quandoq́. Quis nobilis uideri/cum sæpenumero libe-
ralis esse nō possit. Quot enim electissimi uiri inopia rerum despe-
cti/uilesq́ habiti sunt. Quot excelsa/& generosa ingenia necessita-
te rei familiaris pene inculta/desertaq́ interiere/quoꝝ uirtus luces
cere nequiuit / exposita semper ad quæstus uitæ necessarios. Itaq́
maximū præstat auxiliū ad nobilitatis decorem diuitiaꝝ affluen-
tia/quæ quidem expositus ad uirtutem animus effici præstantior/
uirtus ipsa clarior/ illustriorq́ conspici possit. Sunt & qui nobiliū
imperiū ad remp. regendam neutiq́ comprobandū censent/quip-
pe plebi plerumq́ aduersantur/nec societate inferioꝝ æquo animo
perpeti queunt. Hinc illa Claudioꝝ nobilis familia / ex qua pene
omnes aduersus plebem adeo uiolentes/ac contumaces fuisse con-
stat/ut ne capitis quidem quisq̄ reus/ad populū, mutata ueste/pro
uocare / aut ueniam/ gratiamq́ deprecari uoluerit. Vnde Appius
Claudius Regilianus decemuir/ ob uirginem ingenuam ui in ser-
uitutē libidine prouocatus/ plebs Romana rursus/a/ patribus dis-
cedere enisa est. Claudia eiusdem gentis fœmina/ quæ cum inser-
ta multitudine/uix carpento deuehi posset/palam exclamauit: Vti
nam ab inferis rediret Claudius Pulcher/ iterumq́ classem amitte
ret/quo minor turba mihi obuiā daretur. Et Drusiana illa seditio/
Drusus plebem Gracchanis legibus eisdem socios ad plebem spe
ciuitatis erexit. Extat uox illius, se ad largitionem nulli reliquisse/
nisi siquis aut cęnum diuidere uellet/aut cœlum, Aderat promul-
gandi dies/cū subito tanta uis hominū apparuit/ut hostiū aduētu
obsessa ciuitas uideretur. Sed Drusum interim imparem/ęgrumq́
rerū temere motaꝝ matura ut in tali discrimine mors abstulit. Et
Catilina ardentissima fax/urbisq́ incendiū: Nec minus Sylla/qui
tot mortaliū millia obtruncauit/& quos in urbe passim/ quicquid
uoluit occidit/ donec admonente Furfidio / uiuere aliquos debere/
ut essent/quibus imperaret. Proposita est ingens illa proscriptorū
tabula. Sic illa Pompei/Cæsarisq́ perniciosa seditio/nam pene totō

orbe pacato maius erat imperium Romanū/q̄ ullis uiribus extin/
gui posset·Mariana quidem/Cinnæq; rabies intra urbem præcur/
ferat/quasi experiret Syllana tempestas latius intra Italiam tum
detonuerat·Cæsaris furor/atq; Pompei urbem/Italiam/gentes/na/
tiones/ totum deniq; qua patebat imperium / quodam quasi dilu/
uio/& cum inflammatione corripuit adeo/ut nō recte tantum ciui
le dicatur/ nec sociale quidem/ sed nec externū, sed potius cōmune
quoddā ex omnibus/& plus q̄ bellum·Ita Octauii/Marci Antonii
& Dolabellę dissensio/nam quodq; in annum cœli conuersione fie
ri solet/ut mota sydera tenent/ac suo flexu tempestates significent/
cum Romanæ dominationis/hoc est/ humani generis cōuersione/
penitus intremuit/omniq; genere discriminum/ciuilibus/terrestri
bus/ac naualibus bellis omne imperii corpus agitatum est· Etiam
Sexti Pompei infelicissima fuga non alia post Xersem/quippe mo
do trecentarum quinquaginta nauium dominus/cum sex/uel sep/
tem fugiebat/extincto pretorię nauis lumine/annulis in mare abie
ctis/pauens/atq; respectans/& tamen non timens ne periret·Et q̄q̄
nobiles uiri animo excellentiores sint/tamen promptiores ad bella
esse cernuntur/quæ q̄uis aliquando imperia augeant/plerunq; ta/
men urbes funditus euertunt· Lacedæmonii(Dionisio autore)ad
uersa Illeutris pugna/in qua millies septingentos ciues amiserant/
nunq̄ amplius ex calamitate ciuitatem eruere maluere · Thebani
uero/& Athenienses ex infelici euentu pugnæ apud Coroneū/non
modo principatu Grecię/a/Macedonibus, sed patria etiam liber/
tate priuati fuerunt · Iniquū præterea esse uidetur/ ut cum ciuitas
ex solis nobilibus & stare nequeat, sed longe maior sit reliqua mul
titudo/soli nobiles imperent/reliqui omnes famulentur·Alimenta
nanq; naturalia agricultura nobis suppetit/ mercatura autem reli/
qua necessaria, Quo fit/ut nec sine cultoribus agrorum/nec sine mer/
catoribus respublica cōstare possit· Vnde ciuilibus muneribus ho
nestandi sunt/prudentiq; collega adiuuandi, ne tenuiores/a/maio/
ribus destituti uideantur/& ita gressus eorum regantur/ut nihil incō
modi resp·capiat/si quispiam edicat, quis enim maioribus meritis

in urbe Roma effluxere/q̃ nobilium uirtus/probitasq;/quis maius ex orbe terrarum Romanæ ditioni imperium subegit, quis celerius casum/urbisq; calamitates propulsauit/q̃ Romulidum nobilitas? Hinc illi Scipiones, Alter enim domitis Asiæ regibus/ęternū ab Asia deuicta nomen adeptus est, Alter uero flagrantem incendio/armisq; Italiam/ac post Cannensem illam pugnam notabilem calamitatibus Romanorum/ ac urbem ipsam ingemiscentem/ incredibili uirtute liberauit/ atq; illud exitiale incendium Brachinæ stirpis Hannibalem tot uictoriis exultātem summa prudentia ab oris Italiæ reuocauit/deniq; armis reuersum in patria fudit/atq; extinxit/ urbemq; illam Carthaginem Romano semper imperio infensam/non modo ab iniuria repressit/uerum eam Romanæ reipublicæ subegit, inde merito Aphricani nomen consecutus est: Quod etiam Scipioni suo / qui postea Carthaginem deleuit/quasi dereliquit hereditarium. Prætereo reliquos / uirtute quorum/ ac gloria amplissimæ respublicæ decoratæ sunt/Romanusq; populus/quos (si res clarissime gestas memorare uelim/ignorarem exitum orationis) ideo libentius subticeo/cum sint nota omnibus. Quis per deos immortales in urbe Roma nobilium locus non est insignis arcubus triumphalibus/eis ob uirtutem extructis, quod templum est/ quale spoliis non honorarint hostium, quæ delubra nō conspicua crebris/gloriosisq; imaginibus illorum? Tota Italia passim extant uirorum priscæ nobilitatis monumenta egregia/tituli celebres/optandi cuiq; mortalium. Est igitur his nobilitatis possessio/ relicta quidem/a/maioribus suis quasi hereditaria, sunt ingenitæ illorum effigies/noscitur ille in gestu habitus/filiorum facies in eorū uultibus elucebant. Ergo illorum sanguinem/ illorumq; membra/ formasq; in filiorum compagine referunt/ab illis orti/ & in eorum laboribus educati/atq; adulti moribus, ac natura insitam eorum habent nobilitatem. Si quid illis iure pro tot beneficiis respublica debet/ ipsorq; quoq; liberis debeat necesse est. Sic illis honores/imperia/magistratus/ultro exhibendi sunt/proprio quodam quasi iure uendicata, nihilq; gratius illorum animis profecto exhiberi po=

test. Verum enimuero Platonis sententia suadet ciues uirtute/doctrina/ litteris ita institui/ erudiri / ornariq; oportere/ ut quasi homo unus sibi constans consentiens/ actus uirtutis beneficio esse uideretur: Sicq; ciuitas uniuersa sibi constaret/sibi consentiret, idem uellet / idem nollet, iisdem rebus gauderet/ iisdem mœreret. Quo instituto, quid est(inquit) q̄ negocia publica negligantur / quando ciues rem communem/scilicet publicam/ tuentur/ & curant, ne prorsus contra contingat / dum suam quisq; rem agit / publica derelicta, tanto proprii cōmodi desyderio teneatur/& contemnet publica / ac pro nihilo habeat. Vnde fit sæpenumero / ut amplissimarum urbium status (Niceno Antistite præclarissimo autore) debilitetur/ infringatur / euertatur, dum ciues singuli student/uel sibi / uel liberis suis honores / opes / dignitates acquirere / augere/ seruare. Non patriæ saluti, non publico cōmodo, non cōmuni felicitati consuluere. Et præclarus Atheniensium status periit: Sic Lacedœmoniorum admiranda respublica euersa est. Etiam illud summū / stupendumq; Romanorum imperium ita paulatim corruit / ut qui olim uniuersi orbis habenas moderabatur / uix nunc exiguo Italiæ angulo uideantur imperare. Florebat profecto Romana respublica/cum Iunius Brutus filios suos studio publici cōmodi non secus/ q̄ alienos/atq; hostes morte mulctauit. Cum Publius Decius pro republica se deuouit. Cum alter Decius uoluntaria morte cursu equi / pro eiusdē reipublicæ salute prolapsus est. Sic Curtii interitus at euerti iam cœpit. Cum Caius Cæsar rerum suarum auidus / regem se facere urbis Romæ / & Octauio nepoti Romanū imperium relinquere cogitauit. Omitto nostræ ætatis exempla / ne cui forte molestus sim. Equidem nullam rempublicam / uel priscis illis temporibus / uel nostra ætate euersam, alia causa fuisse arbitror/ q̄ ciues(relicta publicarum rerum cura)propriis negociis nimis indulserint. Perituram inquam eam rempublicam credant/ ubi quottidianas controuersias rerum priuatarū, furta, rapinas, mēdacia, extorsiones, minas, uiolentias, seditiones, cæteraq; huiuscemodi esse nō senserint. Namq; alia causa horum

omnium malorũ censenda est (nisi quid proprii cupiditate distracta familiæ) tot sibi urbes / oppidaq; constituunt / quot ipsi numero sint: quæ q̃ diu cum exteris pugnant / coguntur necessitate quadam uitam concordem agere. Vbi uero ab externis bellis requieuerint / sæuiunt inter se se, & tam diu conflictant / donec cruentis seditionibus / & ad extremũ etiam ciuilibus bellis patriam perdant. Quo enim modo filius Marci fratrem sibi Lucii filiũ / non hostem potius arbitraretur / quando sic ei persuasum est / naturam in propriis / q̃ in cõmunibus esse considerandam / colendam / & obseruandam. Siquidem in his est / qui optimis moribus copulati / hi quidem uitam agũt / & uirtutis necessitudine deuicti / unanimes idem amant / idemq; oderunt. Brutum Romanum ciuem: quem supra memoraui / securi filios percussisse legimus: ne quid sui erga rem publicam officii præteriret, sed pietatem / quam patriæ debebat / pietati (qua liberos prosequebatur) anteferret. Erat enim uirtute cum cæteris ciuibus ita deuictus / ut suũ id esse putaret / quod cõmune, non proprium haberetur / & rem cõmunem magis / q̃ propriam diligeret / atq; curaret. Hinc Plato / omnino (inquit) nisi uel philosophi imperent / uel imperantes diligenter, perfecteq; philosophentur / & ipsa ciuilis potestas cum philosophandi ratione coniungatur / excludanturq; uariæ uoluptates: quæ seorsum in utrãq; partem hominũ animos trahunt / fieri non potest: ut ciuitatibus ulla malorum requies adsit / immo (ut opinor) nec huius: quem modo exposui reipublicæ status consistere in genere humano / augeriue poterit. Nec primo quidem ortu in lucem prodiere. Sane philosophos esse oportet / & magistratus rempublicã regentes / ueritatis scilicet studiosos / uirtutis æmulos / contemplationis studio feruentes. Per q̃ hæc iusta / honestaq; rerum humanarum ratione reduci ad illa diuina possint: quorum participatione hęc sunt / appellanturq; / & non dubiam quandam opinionem / sed certam rerum scientiam possidere. Tales simul / & philosophos / & principes / magratu suę / & tutores / custodesq; ciuitatis esse (inquit) oportere. Quos enim legũ / officiorũq; obseruatores statuit / eosdem custodes

idoneos fore nō dubitet. Hinc/inq̄/sperat futuram/ ut ipsi optimo philosophandi studio nihil agant nisi quod ad exemplar illud perfectum absolutumq; referat/ q̄ humana officia imitātur & quoad repræsentant & exprimunt/ rerumq; usu cultu atq; excitatione cogitant & quę facto opus sunt egregia peragant/quęque seruāda constituta sunt/diligentissime seruant. Esse præterea horum officium uoluptates corporis repudiare animo studere pecuniā quasi rem exiguam animi magnitudine contemnere/ mortem nō formidare/ iustitiam colere/constantem/ fidelem/ modestum/ benignum/ facilem/ ingeniosum/ iucundum/ elegantem,tum natura,tum industria festiuum esse asserit. Idem Plato: Arcendos fore a republica poetas: Nam(ut inquit)eorum fabulas/quarum autores fuere Homerus/ & Hesiodus/ inutiles esse admodum/ precipue cum de aliis/ aut praua sentiunt/ aut minus digne fabulantur. At qui rectius sensere/a/republica nō exigendos/cum & uiles artifices Plato ipse admiserit/quippe q̄ stultissimas gentium de diis opiniones uanas/ac fatuas superstitiones fabularū ludibrio contempserunt. non profecto poetas latebat Iouem Cretensium regem/deum optimum maximū non fuisse/sed mortalem/ impium in parentes/omni turpitudinis scelere affectum/qui nec Iunoni sorori/nec Veneri filiæ pepercisset,Phrygiumq; Ganymedem ob stuprum raptū/ ad pocula admisisse/ eiusq; sepulchrum in Creta uersibus decorasse. Quod sibi aliud Aegyptiorū fabula/ quam asserunt Osyrim deum esse factum præsentissimū prouinciæ numen/propiciandum esse, cum noscerent mortalem genitum Phoronei/& Pythonis filium/a Bocho Persarum rege/siue Typhone fratre impio(Diodoro astipulante)crudeliter interemptum/ sociisq; sex & uiginti in mensa epulandum appositū/ quo eos pari scelere deuinctos/ fidos haberet in regno/ab Iside uxore in nobili sepulchro pigmentis/ atq; odoribus condito Typhone/ & cædis sociis ad unum usq; interemptis. Sic de Aenea/ in Numicum cecidisse/ & nusq̄ apparuisse,quippe qui undis sit mersus/ in maria deuectus esset/ cumq; ad cœlū euolasse/ indigentemq; deum fabulose cecinere. Et Herculem/ quem aeris gloriam interpretantur. Nam cœlū uertice sustinere faciunt/nunc

Amazonas uincere/nunc Anthæo congredi/aut Nemeæum lacera re leonem / aliquando eum trahere colu imperata pensa ab Omphale Lydiæ regina / quæ calatos / fœmineosq; cultus cum sagittis / claua / leonisq; tegmine secum mutauisset, aliquando uero ira propter amissum pusionem turpiter ululantem inducũt. Hi sunt omnino mores/mortaliumq; affectus/qui animos nostros huc atq; illuc rapiunt / cum maiora rebus cogitabat / syderumq; rationem contemplabatur / aut cum fortiter pugnasset / inter sydera caput condere uidebatur. Cum uero libidinibus intentus / uix compos mentis erat / & fœmineo parebat imperio/ cum ulcerũ dolore periitum / rogumq; conscendisse asserunt / & Philoctetæ mortis suæ adiutori / arcum / & sagittas hereditario munere reliquisset. Non ne poetæ eum mortalem ostenduntẽ Nam cum Astronomiæ peritissimi essent poetæ / ut illoꝝ labores: quos præstantes putabant, aliqua insigni gloria decorarent / ipsorum nomen syderibus tradebant. Solem Aegyptii primi eorum regem fuisse asserunt / cuius nomen post eius obitum astro addidisse fabulantur / ob regis claritatem. Nam Mercuriũ / qui mortalibus plurimas utilitates contulit / uerbaq; in ordinem redegit / ac sacras cerimonias instituit / harmonias/uerborũq; interpræationes q̃plurimas adinuenit. Vnde Hermes quasi interpres in stellam uersus putatur. Hinc Cicero ex Euripidis sententia: Fides(inquit) sublimẽ fusum immoderatum æthera: quem undiq; terra circumiectũ amplectitur/ hunc summũ habeto diuum / hunc perhibeto Iouem / Iunonem aerem inter mare/ & cœlũ interiectũ/quæ soror/ & cõiunx Iouis propter ętheris similitudinẽ dicebaẽ / & ob summã annexionẽ/ quasi Iouis uxor uidereẽ prę eius mollicie. Aerem aũt puriorẽ Palladẽ/Iouisq; filiã edixere/uirginẽq;/& q; sublimiora teneat/& Iouis uertice nata trigemina ut ostenderent uerem/hyemẽ & æstatẽ. Glaucopis/nõ q; oculos habeat Carsios/sed q; aer glauci sit aspectus. Romani etenĩ Solem Ianũ dicebant/& geminã figurabãt/ quasi utriusq; cœlestis ianuę potentẽ/q; oriens diẽ aperit/clauditq; occidẽs/eiusq; simulachrũ fingebaẽ dextra manu trecentoꝝ sexagintaquinq; numeꝝ tenens/ad ostendendũ anni dimensionẽ/quę ex solis ambitu cernitẽ.

Verum enimuero cum non modo poetæ / sed nec philosophi qui-
dem / ante Christi dei optimi maximi aduentum agnouerint/ qui
unicus dei filius parentem illum summũ mortalibus agnoscendũ
præbuit / ueramq; relligionem instituit / qua tenebrarũ caligo de-
leta est / omnisq; erronea / falsaq; opinio • Hinc ille Orpheus poe-
ta / & si non omni ex parte deum agnouit / deum unũ esse uoluit/
a/quo omnia oriuntur • Sic Linus deum/nomine naturæ effœmi-
nauit : quam effectricem rerum / & seminarium animalium / pla-
netarumq; disseruit / & solis / lunæ / syderumq; moderatricem effe
cit • Vnde Virgilius : Deum nanq; ire per omnes / tractusq; maris
cœlumq; profundum • Et Naso ex Hesiodo mutuatus sententiam :
Deum fabricatorem mundi / rerumq; omnium opificem peragit•
Quintilianus uero/Deum esse spiritum omnibus partibus mixtũ•
Et quidem Homerus ipse/& Virgilius tantam sibi laudem uendi-
carunt / ut ne spem posteris reliquerint : non modo ad parem lau-
dem adęquandam / uerum ad imitationem / ac similitudinem ob-
tinendam • Hi inquam fortissimorum uirorum/ac illustrium ima-
gines ad intuendũ/atq; imitandũ nobis reliquere: quibus promp-
tiores reddimur ad omne uirtutis genus / ac laudis • Ab his lauda
ri quanti faciundum sit/ Magnus ille Alexander docuit / qui q̃uis
scriptores plurimos rerum/a/ se gestarum haberet / tamen cum in
Sygęo ad Achillis sepulchrum accessisset / fortunatũ eum esse ex-
clamauit/ꝙ suæ uirtutis preconem Homerum habuisset• Hinc Ci
cero disseruit, se/a/uiris summis/ eruditissimisq; accepisse, Sic ue-
rum esse statuo (inquiens) cæterarum rerum studia / doctrina / &
arte constant , poeta autem natura ualet/mentis uiribus excitatũ/
& diuino quodã spiritu afflatũ/ideo habẽdi poetico more/ ac nũcu-
pandi sancti / ꝙ diuino quodã munere insigniti sint, & ipse quidẽ
Plato/inter quattuor diuinos furores/quos disseruit, uaticiniũ/my
steriũ/& amorem/poesim inseruit: ut ostẽderet poetas aliqd præter
naturæ uires agere / unde maluit fabularum autores exigere / q̃
poetas: cum ipse poeta fuerit• Sed ne/quod Cadmo/& Theseo eue
nit; qui ex Vrbibus suis : quas extruxerant / expulsi / atq; eiecti

fuere/ idem ſibi accideret•Et Socrates eius doctor hymnos/& apo/
logias poetico more ædidit • Etiam Plato Dytirambos primo/ama
toriumq; carmen / mox etiam tragœdias ſcripſit • Non igitur exu/
labunt poetæ (cum perutiles eſſe cernantur) ab optima ciuitate/
quã idem Plato(cum ipſam extrueret) non prope mare conſtruen
dam cenſuit: Mare(inquiens)ciuitati uicinum/ affert fidam in ui
ta delectationem: Sed certe ſalſum admodum/ & amat/ conſor/
tium eſt/ non ut ex quottidiana iucunditate, praua afferatur uici/
nitas • Non enim iucundus aſpectus/ aut commodus uſus maris
ciues deprauat: ſed inhoneſti/ ac uitioſi peregrinorũ mores/ quos
Plauto deuitat • Cum pyratis facillime diſpoſita ſit/ agriq; manca
ignoſcatur • Sed(ut idem diſſeruit) ſi mari uicina fuerit/ portũq;
cõmodiſſimum habeat • Deum etiam (inquiens) ad ciuitatem/a/
nobis condendam inuocemus: qui annuat optatis/ uotiſq; noſtris
benignus/ propitiuſq; accedat/ exornaturus ciuitatem/ cui ope/
ram dare ſtatuimus • Siquidem optimus urbis ſitus erit: qui non
procul/a/mari abſit, aut/a/ nauigabili flumine/ per quod deuehi
poſſint, quæ ſuperſunt/ & aduehi, quæ deſunt • Vt in urbe Roma
conſpicimus/ quæ in optima orbis parte(Plinio autore) condita•
eſt • Oſtia quidem fluminũ magnam præbent oportunitatem/ &
eorum fluenta/ ac placidi curſus, non modo uoluptatem augent,
gregibus/armentiſq; uberrimi ſunt/cũ facile ſine curſu/atq; aqua/
rum oblectatione pergunt/ uerum magnam agris/ atq; ſegetibus
ubertatem afferunt • Quippe Nilus/ omnium fluminũ feraciſſi/
mus habetur, is nanq; Aegyptum præterfluit/eamq; regionem ma
gna cum fertilitate irrigat•Etſi Ariſtoteles ambiguum fuiſſe apud
priſcos/ utilitatis ne plus/ an incommodi propinquitas maris ur/
bibus afferat/ & præcipue, cum colluuionem hominũ mare adue/
hat/ quæ ad ciuilem diſciplinam capeſſendam minime idonea ſit,
niſi legum lator perſpiciat/ ne peregrini ciuitate donentur/ niſi
poſt uirtutis exercitationem • Portuq; perutili fulcienda eſt mari/
tima ciuitas, Virgilio etiã aſtipulãte/cum ait: Eſt in ſeceſſu longo
locus inſula portum: Efficit obiectu laterũ/quibus omnis ab alto:

Frangitur inq; ſinus/ ſcindit ſe ſe unda reductos. Porticuſq; iuxta erit/ex qua aditus ſit ad emporia / ducenturq; mœnia cũ rotundis ſolidiſq; turribus / ex quibus cathenæ machinis facile trahantur, nõ tamen piſcibus maritimis nimis ingurgitentur. Siquidem piſces male nutriunt/& corpora inualida/atq; ęgrota præſtant. Quod Homeri ſententia confouetur/qui ſuos milites/qui iuxta littus maris caſtra tenebãt/haud piſcibus frui permittebat. Helleſponticos/ Iethiophigoſq; per irriſionem appellat/uentorumq; inquientes flabra in optima conſtituenda ciuitate/ animaduertenda eſſe cenſuere. Nam ſicut deterrima ſunt Auſtralia/& ſecundum illa/ quæ ad æſtum occidentem/tutiora orientalia/& ſeptentrionalia longe ſalubriora; nam in his uentorum ratio habenda eſt. Nam Varro aſſerit/ꝙ cum Corcyræ eſſet exercitus/ac claſſis/& omnes ædes replete eſſent ęgrotis/ac funeribus/miſſis feneſtris ab Aquilone/& obſtructis peſtilentibus/portaq; permutata/diligentia mea(inquit)comites/ac familiares incolumes reddidi, ſuadens/ut ędificia ſita ad exortum æquinoctialem/quia ęſtate umbram habent/hyeme autem ſolem/& loco ędito extrui iubet: Nam facilius noxium quodcunq; infertur/diſcutitur/a/uentis, &/a/ ſole per diem illuſtratur. Salubrius eſt/ſi beſtiolæ/ uolucreſq; inferantur/ aut q̃primũ afflantur/ aut aritudine cito pereunt. Sic ciuitas illa Athenienſium/diſciplinarum omnium ſedes/muſarumq; domicilium/in ea urbe publico conſilio Andronicus Cyrreſtes/Aſtronomiæ/ac Architecturę peritiſſimus/ marmoreã turrim erexit/ etiam octoganam eſſe uoluere. Quandoquidem totidem uentorum diuerſos flatus eſſe putabant/ planicies/quæ mediæ inter angulos ſingulæ quæq; ſculptas imagines uentorũ habebant/contra cuiuſq; flatum in turris apicem metam marmoream ſtatuit Andronicus, Tritonemq; ſolerti ingenio fuſum collocauit/eo libramento/ut uento circumageretur/conſiſteretq; ſupra imaginẽ/flantis uenti/indicẽq; uirgã/ alii tubã prætenderet. Hæc præclariſſimoꝝ ciuiũ ſolertia magnã præ ſe utilitatem ferebat: Nã quiſpiã felicius nauigationis ualitudinis exquirere ualebat. Hec octo uentoꝝ imagines deſcriptę erãt/ut q̃ſq; ſuã regionẽ

spectarent/uentumq́/ qui inde flaret ostenderet. Ab oriente enim æquinoctiali/ Subsolani/ceu Solani erat imago/a/meridie Austri/ ab occidente æquinoctii Fauonii/a/ septentrione Boreæ. Hi enim quattuor philosophorum omnium consensu primi habentur / pro inde reliqui medii inter hos sitas etiam habebant imagines: Nam inter Solanum & Austrum ab oriente Hiberno/ Eurus erat, inter Austrum & Fauonium ab occidente Hiberno/Aphricus, inter Fauonium & Septentrionem erat Chorus / quem prisci Caurum appellarunt, inter Boream uero & Solanum/Aquilo, & sic ea descriptio octo uentos designasse. Sed aliter Aegyptii / & Phœnices / ac Græci q̃plures duodecim uentos esse percensere. Nam inter quattuor illos primos / octo intermedios esse dixerunt. Etsi Subsolanum/a/latere dextro Vulturnũ/a/leuo autem Eurum habere, Austrum/a/dextro Euro, Austrum/a/leuo Aphricum Fauonium/a/dextro Zephyrum/a/leuo Chorum Septentrionẽ/a/dextro Circium a/sinistro Aquilonem. In uentis uero hoc seruadum esse censuere prisci philosophi/ noxios omnes esse/ qui per paludes/ stagna/ aut æstuosa/ syrtesq́ flant. Alioquin uero cœli / ac regionis suæ naturam sapiunt.

Finis Tertii libri.

P LATO ILLE DOCTISSIMVS, reipublicę custodem talem principem præficiendũ censet/qui in rebus formidalibus/ & uario uolupta tum genere uersatus fuerit/ & quasi aurum in igne probatus / tamen constans euaserit/ integer/ honestus/& sui ipsius custos egregius : Qui autem talis non fuerit/eum omnino dimittendũ inquit/ut prius disciplinas colat, quibus animus totus meliori natura informatus/ habitum suscipit pulchriorem/& prudentiam/iustitiam/ temperantiamq; acquirit, tum corporis habitudinem/& uitæ cultum exornare. Nam quemadmodũ uoluptati ferinæ deditus uitam degat/aut quemadmodũ uel uiribus/uel secunda ualitudine/ac pulchritudine præstet, si hæc bona modestiæ/ ac temperantiæ rationem adimant : Sed ita/ ut uitæ/ & corporis cultus omnis accommodari ad animi rationem aptissime uideatur. Quippe cum propter imodicam uoluptatem/ mortalem ipsum/detestatus suæ mentis/labi contigerit, nullum cum prudentia/modestia/temperantia cõmertium habet uoluptas, Sed comes est luxuriæ/dementiæ/ & temeritatis. Voluptatũ autem Venereæ nulla est uehementior. Quocirca repudiandã esse omnino hmõi uoluptatem arbitratur idem Plato/ut pestem quandam animi/rationisq; perniciem. Nec reip. pręsidẽti/aut poetis modo ne quid flagitiosum agant/ narrentue interdicit, Sed etiam fabris/ut sunt fictores/pictores/excussores / & cæteri id genus, ne quid tale repræsentent. Num igitur(inquiens)poetas solum monere debemus/ & cogere/ut bonoꝝ morum exempla carminibus suis præbeant/alioquin apud nos carmen nõ componant. In cæteris quoq; opificibus uetandum est/ne quid peruerse/libidinose/lasciue/illiberaliter/turpiter/uel in imaginibus/statuisq; animaliũ/uel in ædificiis/in quouis alio opere peragant/ ne nostri custodes / dum in exemplis uersantur uitiosis/quasi per herbas noxias uagantes/ paulatim ad animũ adhibeant/ & quasi exstante copia / mentes quottidie aliquod malum usq; ad summũ imprudentes augeant. Quippe cum libidines cruoris ingluuie/ ac rei Venereæ iniquas esse / & immanes/ ac

efferas. Et idem differuit triplicem esse uoluptatẽ / pro triplici animi pte/ut singulæ uoluptates/singulis animi ptibus couenniant. Ex his unam esse suauissimã/quæ in prudentia/ & ratione sita est(inquiens etiam) cum enim triplex sit genus uoluptatis / suauissimũ id est/quod parti animi/qua diximus/& erudimur/ tribuendũ est/ & homo/in quo ea pars præcipue dominatur/suauissime uiuit. Cæterorum autem uoluptates/nõ ueræ/neq; sinceræ sunt, sed quasi umbratiles. Mortales inq̃ prudentiæ uirtutis expertes/ epulis/ & aliis huiuscemodi deliciis obruti/humi detinentur, & si aliquando paulatim emerserint / non amplius q̃ interpositam partem attingunt. Sicq; tota uita aberrant/nec pte inferiore unq̃ supata/superiorem illam/& uere excelsam/aut attingere/aut suspicere queũt/nec rei ueræ cognitione fruuntur/aut integram/solidamq; uoluptatem degustant, sed brutoꝝ more spectant semper proni humũ / & terrestres mensas insecuti/epulis se ingurgitant. Venereq; inuoluũtur/quaꝝ rerum inquã cupiditate alterutrũ calcitrãt/& cornibus/ aut ungui bus ferreis se inuicem interimunt (ut inquit Plato) Qui gustũ rei ueræ nullum habent/cibo partem sui integram exaturantes. Nempe animaduertendum censeo non modo hortandos/& monendos, uerumetiã compellendos / & forma legum præscripta unumquẽq; ad uirtutis officia impellendum/ac cogendum. Munera/pramiaq; probis statuenda/ supplicia improbis/ ut alii uirtutẽ ardentius colant / alii uel inuiti seruent honestatem / nec moueantur aduersis/ sed summa prudentia ad meliora se seruent tẽpora/ut Crassus peregit. Nam cum Cynna/ac Mario Syllanæ factionis euertentibus/ cum Crassi germanũ/patremq; trucidassent/& Crassus ad mortem obseruari se animaduertisset/tribus comitibus/seruis decem in Hispaniam/in qua cum patre militauerat/ad amicos euolauit/ cũ omnes eque/ac Marius instaret/formidarent/ nemini se prodidit/præcipiti/ & olenti spelunca iuxta mare in agro Iubii per octo menses delitescens,alimentis consumptis/unũ ex suis ad Iubium/ut commeatum rogaret/destinat. Iubius percunctatus omnia/ quãuis ad eũ nõ accederet/solerti fide/archaneq; ipsum adiuuit/ex quo specu

mortuo Cynna / cum etiã Syllanis fortuna aſpiraret, Craſſus cum ſociis/ab omni aeris intemperie ſoſpitibus erumpens/opibus magiſtratibus/adeo immenſis exercuit/ut nullus eo/ quoad uixit/ditior fuerit. Cum fatis nihil ſit incertius uices rerum ipſis permutantibus in procellaꝝ turbine nõ ſe prodeat/exponatq;/ ſed temporibus felicioribus ſe nõ ſeruare nõ magnanimitatem/ ſed cordis imbecillitatem profecto cenſemus. Senatu cõiuratos Catilinę ultimo ſupplicio plecti ſtatuente/Cæſar rennuit, Sed publicatis bonis municipatim diuiderentur cenſuit. Eo ſententias alioꝝ ĩmoderatius oppugnãte/milites præſidii gratia acciti/exertis gladiis eo impetu in eum proſilierunt, ut/a/circũſtantibus fuerit deſertus/ac complexu & protectione togæ paucoꝝ /ſoſpes uix euaſit. Cæſar territus/ non muliebriter in ſe ſæuiit, ſed reliquũ anni tempus/a/ curia ſe abſtinuit/rerum permutatis uicibus/ſoſpes totius imperii Romani habenas moderauit. Et Veſpaſianus ratus haud turpiter mori/tranſfuga remotius abiit/qui abſens Neroni peramicos conciliatus/ Iudeę expeditionem ab imperatore accepta potitus/cum fortuna pro ipſo decertaret/ Romanũ imperium ſibi / filiiſq; parauit, cum ipſe fuga deliteſcens/cõmodiori tempori ſe ſeruaſſet/eodem fato / pene Titus filius/armis hoſtiũ ſepti/in Hieroſolimitão bello pariter ſeruati, deinceps imperarũt. Nõ ita Vticenſis Cato/q; tumultuoſis legis obſeruantia potius/ q̃ coniuraret/ occumbere deſtinauit, ſed/a/ Cicerone futura præmeditante/quia iurando amicoꝝ cedes/& exilia extinguerentur/lepide admonitus/ uir aſper/inflexibiliſq; tempori ſe ſeruans iurauit. Antonius, Lepidus/ & Octauius triumuiri multos proſcripſerant/nõnulli ciues tempoꝝ uarietates morantes/ longius ſeceſſere. Sed cum hii triumuiri inuicem certaſſent/ q̃plures uariata ſorte Octauio conciliati/ in ſummis magiſtratibus opulenti effulſere. Si Ladiſlaus Parthenopeus rex inclytus cum/a/regno una cum patre expulſus eſſet/ ad Bonifacium pontificem maximũ hac uſus oratione perhibet. Ego beatiſſime pater & ſi hodie primũ ad pedes tuos ueniſſe uideor/tamen ſi meus atq; animus cõſiderãdus eſt/olim iam huc ueni/& iampridem apud Sanctitatem

tuam diuersatus sum. Non absens habendus est/ qui cogitatione/ ac beniuolétia præsens est. Accessit huic moræ meæ beatissime pater flebilis ruina / ac triste naufragiũ domus nostræ/ ut uix tabula nobis tanti naufragii relicta sit/in qua(quod inauditũ est)non est unus/aut alter, sed multi/ ac omnis familia hęret, pater meus iam senior fratres quinq̄/ & quaꝝ conditio miserabilior est tres sorores adulta iam ætate/ac nubiles, ut nisi fauente diuino numine despe randum sit / tot naufragos una in tabula hærentes posse liberari. Quo magis beatissime pater ad tuam sanctitatẽ ueniendũ fuit/ nõ modo unius nomine, sed etiam omniũ nostrum ad tuam inq̃ beatitudinem/tanq̃ ad rem uestræ apostolicæ nauis/& eam nauem ad nos naufragos/ & iam iam perituros applices. Tu enim nõ solum cõmuni dilectione/ac miseratione tueri debes, sed etiã priuata qua dam/& tibi erga nos solita beneficia cõtulisti/tuaq̄ gratia nos omnes in æuũ obstrinxisti/ ita ad te uenio ultro/ ut tuo apostolico fa tear/ quod semper in optatis mihi fuit/ cum etiam necessitate hortante/ueluti legatus familiæ anteq̃ omnem ante tuos pedes iacentemq̄ imaginare parentem senem cum quinq̄ liberis/ & huic cum tribus filiabus. Nam etiã absentes iacent semper ante pedes tuos/ & obsecrant/ut eos iam iam pessum ituros/ & tabula desinente per emergendos alleues/uitæq̄ restituas. Me aũt pro illis apud te obsidem seruabis/ac conspicis nusq̃ illos tuæ beatitudinis munere obliuisci/quam nobis deus ipse optimus maximus/ ut superatis hostibus incolumem obseruet / nactoq̄ regni imperio / ipsiusq̄ lacertos longe late distendit. Italiæ imperium(nisi imatura morte pręreptus esset)nactus esset/ multaq̄ egregia peragens munificentia mira liberalitate condonatus/insigniaq̄ ędificioꝝ/ monimenta/gymnasia/sacraq̄ templa in Parthenopea urbe tum ipse/tum parentes/ ad decus illius urbis/christianęq̄ relligionis extruxere. Quippe in medio urbis prisci principes templa constituere/ędesq̄ sacras tanq̃ in urbis tutelã/ubi omnes confluunt/quasi spectaculũ diuinarum rerum. Veteres enim in ęditis/ excelsisq̄ locis delubra Mineruæ, Iouis, Iunonisq̄ extruebãt/expensa/pompaq̄ fere inumerabili: triplexq̄ ratio apud eos sacraꝝ ędium fuit/Doricoꝝ exemplo/deinde

Corinthioꝝ/tertio Ionicoꝝ templa,Dorica ſine deliciis erant/ſeue-ritatem quandã præ ſe ferebant/ magnaqꝫ munificentia/& pompa hic fere omnes peragebant/exiſtimantes uirtutũ numina ſola ſeue ritate/ac grauitate uenerari• Et ſic diſtribuebat̃ earũ longitudo/ut latitudo eſſet dimidia pars diſtincta quadrifarie/ ſiniſtra ad orien-tem ſpectabat/dexta ad occaſum/actica ad meridiẽ/poſtica ad ſep-tentrionem•Aræ uero etiam ad orientem/Chorynthia aũt delubra deliciis affluebant/floribuſqꝫ/ac foliis ornabãtur/& graciliore qua-dam teneritate decorabantur•Sic Proſerpinæ & fonti/Veneriqꝫ/ac Floræ decorem augebãt•Arbitrabatur equidẽ illa ſtulta priſca gen tilitas hæc ſimulata numina deliciis propiciari•Ionica uero phana ratione quadam mediocritatis conſtruebãtur/a/ ſeuero enim more Doricoꝝ,&/a/ teneritate Corinthioꝝ tamperabãtur•Qua facile Li bero patri/ac Dianæ/Iunoniqꝫ ædes ita conſtruebant/ præ ſe feren tes his fictis numinibus mediocritatẽ grauiſſimũ eſſe/miniſtroſqꝫ/ ac ſacerdotes præficiebant•Sed chriſtiana ipſa diuina relligio om-ni uana ſuperſtitione amota/ ſacros miniſtros conſtituit, qui diui-nos cultus/ac ſacrificia/cerimonias/ miniſteria miniſtrẽt, omneſqꝫ ad uerę relligionis cultũ/caſtis moribus/pietate/manſuetudine/ue ra uirtute ad diuinũ illum Chriſti cultum deducunt•Parum equi-dem inſtituta/legeſqꝫ proficerent/ niſi diuinis præceptis/ deo opti-mo/ maximo autore adiuuarentur/niterenturqꝫ • Quippe cũ uete-res illi/qui ficta/ac ſimulata relligione/ ſuperſtitioneqꝫ ducebãtur/ deumqꝫ ipſum haud cognouere / nihil peragebant iniuſſu ſacerdo tum/quod ad remp•tuendam ſpectaret•Quid nobis conuenit/qui bus uera ipſa relligio credita eſt/ diuinæqꝫ relligionis autorem coli mus/ſane omni diligentia/ſtudioqꝫ• Nihil cogitetur/agaturqꝫ,niſi ſacris peractis / deo opt• max• propiciato/ per quæ ad arcem illam perendẽ deducimur•Quo quidẽ propiciato diuinis ſacrificiis resp• ipſa efflorebit • Nam principio humanaꝝ rerum imperia/regnaqꝫ a/pontificibus tenebantur• Nempe/& ipſi reges erãt ſacris initiati regni habenas præ ſe ferebant/ nec quempiã ad regendũ admitte-bant/quin eſſet expers rerũ diuinaꝝ/& qui non ualeret deũ ipſum propiciare• Quippe reges/aut ſacerdotes erant/ aut iniuſſu eorum

nihil peragebant: Nam Romulus initio urbis templorum/sacrorumque antistitem, regem nuncupauit/& quasi eo comite imperiū teneret/& custodem legum/ morisque patrii eum esse maluit. Quid in uero sacerdotio diuinæ relligionis christianę, nam diuino numine affla tus/diuina īmortalitatis præcepta mortales omnes edocet. Si/inq̄/ut diui illi Ambrosius/Augustinusque, qui precibus in diuinis psalmorum modulatione / ac melodia deum maximū flectunt. Hic Dauid rex cythara psalmorum canore deum placasse perhibetur. Et Leo pontifex hymnos peregerit/& multa ad musicā mira uocū concordia/& ratione, quibus modis inter se discreta prima reperiātur elementa / figura thoni/ numeri/ & artem huiuscemodi exercitationē confirmauerit. Hinc Quintilianus hanc artem antiquissimā omniū in litteris studiorum (autore Thimagine) confirmat, nec theatralem illam/ atque muliebrem percensemus/ quæ mores publicos corrumpit potius/q̄ illustrat, sed illam modestā/atque uirilem antiquis Heroibus celebrato/quæ mensis regum/conuiuialibusque edulis/admota recubantiū consertatione / circumlata inter eos cythara, clarissimorum uirorum egregia facinora decantabant. Cum maximum profecto ad uirtutis studiū incitamentū fuit, uerum hæc etiam altius euecta cœlo quoque inserit, ac solis labores / errantemque lunam/ titaniaque astra/celeberrimorum uatum testimonia enarrat/& quasi non contenta impressis meritis spacio terrarum cœlos penetrat/ diuinarumque rerum ministeriis adiungitur. Idem Pythagoræ ratio/ mundum harmonia compactū/ sine qua (ut Plato disseruit) nullā sine ea esse iugalem competentiam / ipsamque mundi animā numerorum concordia constare. Vnde Virgilius: Cantum/& duras mo tasse cacumina quercus/arbitrati sunt. Hinc Musæum Linū/Orpheumque diis genitos finxere/quoniam quorundam hominū/agrestemque uitam ambitionem ad cultū pertraxerint/syluas/saxaque duxisse simularūt. Sic Amphion/Arion/Arisostosenus/Thimotheus/ qui mortaliū & agrestes animos/& rudes demulsere. Et Cicero: Ipsius corporis (inquit) intentionem quandam uelut in cantu/& fidibus/ quæ harmonia dicitur, sic est totius corporis natura/& figura uarios modos fieri/tanq̄ in cantus/sonos/affirmauerit/eamque perne

cessariam ciuibus / esse Socrates asserit eius numerum / pleraq; in repub. cōstituit/ mutationemq; eius deterrimā esse ciuibus/eamq; in senectute didicit, & Themistocles cum in epulis lyram pulsare rennuisset/indoctior habitus est. Sed Epaminūdā miris laudibus extollūt/q; cythara preclare cecinisset/a/Dionisio edoctus/& Apolimantio carmina ad tybias canere solere ad numerum a Callifrone philosophia/a/Lysia Tarentino. Musicen enim Plato triplicem fecit, in cantu/aliam manu/& uocis modulatione, tertiam manibus tantū/ut cum silente organo uocis cytharam percutimus. Hāc Pythagoras nō hominū inuentum/sed opificis dei/qui orbes cœlestes harmoniam quadam interuallis/ac motionibus nece fecit. Nempe poetæ nouem musas edixere/& unam concinentiam, Vraniam primam nūcuparunt, Aliam ad Saturni globum canere Polymnia, Sic ad Iouis sperā Euterpen dicunt, Erato ad Martis, Clio ad Lunæ, Taliam uero Terræ attribuūt/inter flores/& herbas ludētem, Terpsichoren ad Venerem, Melpomonen ad Solem, Ad Mercurium Calliopen. Horum ducem Solem edicūt/quasi principem orbium, cantumq; adinuenisse Iouem Heraclides asserit/a/quo edoctus Amphion/& Aethiopes, deinde Linus, proinde Apollo musæ filius perhibetur/a/quo lyra/comesq; eius Anthes/qui præclare cecinit. Macedo Pierius/& filiam, quam poetæ cum musis certasse/aciemq; oculorū amisisse fingunt. Demodocus/qui excidiū Troiæ cecinit, Fenius tunc etiam claruit/qui Grecoꝝ reditum conscripsit liræ regulas/Terpāder tibiæ Clonasq; prebere/tribuereq;, quarum usus Iagis adinuenit. Olympium discipulū habuit/ licet Apollini lyram/& tybiam attribuant/eiusq; simulachrū Deli ostendebatur/ quod quidem in dextra arcum/in sinistra autem Gratias habebat: quarū unam cytharam, alteram tybias/media aūt ore fistulam tenebat. Et si nōnulli asserant Mercurium lyram, Faunum fistulam adinuenisse: Macrobius tamen musicæ inuentorem asserit Pythagoram, Plinius Amphionem tubaꝝ conditorem, inuentores Phrygios fuisse. Et Ermonicus primus de musica scripsit, hanc Lycurgus adeo probauit/ut eam/a/natura hominibus traditā/ad toleran dū facilius labores assereret. Aristoteles uero ambigit an utilitatis/

an oblectationis id efficiat/ nec tamen eam abnegat ciuili uiro tribuendã. Vnde Cicero: Liberi hominis officiũ est/aliquando nihil agere / & animum/a/ diuturna cura reuocare. Sic Lucullus post nauticam uictoriam / ab amicorum cœna(tybicine lenius præcinente) ad proprias sedes remeabat. Vnde Tiretheus(mutatis tybiæ modulis) adeo militum animos in pugnã concitauit / alacrioresq; reddidit/ ut Senios iam pene uictores, Lacedæmoniis subiecerit. Et Gracchus populum Romanum sæpe pellexit / cum concionatus sibi seruus assisteret: qui fistulę modulis orationis legem præcellentiores redderet. Nam Galli cornuum strepitu, Latini tubarum clangore, Argiui tybiæ. Vnde Dio asserit Thimotheum ita concitasse musicæ modulatione Alexandrum ad arma/ut uictoriam ei præberet. Pythagoras iuuenes concitasse / mutatis ispondeum tybiæ modulis/ ut eorum impudicitiã compressisset: quam equidem & uitæ illustres/ fortesq; uiri præferendam duxere. Hinc Caius Lucius Romanus, Marii nepos/ præfectus, Trebonii adulescentis formosi pudicitiam temerare frustra diu tentauit: Ipso annuente / noctu se accersiri iubet, accitus confestim mandata auditurus adit/ atq; amatorem(edito gladio)ducem stupri/uiolentiam inferre conantem / confodit. Marius ipse consul adulescentis uirtutem admiratus / patria corona eum donauit / adeo ducis probitate Roma annunciante, Romanorumq; animos adeo ad se pellexit / ut tertium consulatum ei offerrent. Et si Cymbros/Theutonesq; brumali tempore adesse nunciaretur / nec cum in Mauritania militaret / in alium ducem / ut contra Germanos arma sumeret consensere. Et Democris pudicitia/præstanti forma cęteris prælatus/pulcher ab omnibus uocabatur. Hũc rex Demetrius prece/ ac munere / omniq; arte / ut sibi obtemperaret, allicere conatus. Democris palestram/siue gymnasium/ut rem obscœnã declinans/ balneũ introgressusq;, rex per exploratores oportunitatem nactus/ cõfestim solus sequit᷑: Iuuenis reluctãs cũ fortius/a/rege oppugnaretur/ne iniuria ex stupro succũberet/sublato exestuãtis lebetis tegmine/se in aquã feruẽtẽ proiecit/sic spontanea nece se ipm̃/a/scelere & Demetri uiolẽtia exemit. At Sophro specie corpis/ac animi in

tegritate non inferior/ de ſtupro laceſſita muneribus/ pollicitatio-nibuſq;/diu ultra uires fœmineas exagitata/cum uim/atq; inſidias alias euadere non congnoſceret/ſe confecit. Non ſic Sardanapalus Aſſyriæ rex/ocio ſaginari cupidus/nullos finitimos bello turbauit/ inter pellicum turbas militauit/per internūcios/a/uiris raro uiſus/ reſponſa dedit. Arbactus Mœdianus pfectus/ q aliis negabat/am bitione ſedula accedere exorauit / ipſumq; inter choros fœminarū ſine regia maieſtate/purpura/ ac celebri habitu molliter in nutum pellices quoq; deſuauiantem / & eis ſtamina partientē proſpiciens infremuit, erues ſtatim concitat regi potius penſa/ q̄ arma tractari obtemperare indignatus remeat/duces ad defectionem cōpellans, Niniuemq; urbem regem adoritur. Sardanapalus ipſe/nec doloris ullum ſignū dedit/nec aliquod genus uoluptatis remiſit/fatis præ-cinentibus fretus/q nisi amnis urbi obuerſaretur/nō ſuccumberet. Dū ſic ſtolide deſipiſceret/amnis intumuit/mœniaq; urbis euertit. Rex ipſe/a/ſortibus admonitus/ ultimū adeſſe diem coniiciens/ in pyram conſtructam diuitias pellices quoq; congeſſit/igneq; ſuppo ſito/ſe uiuū cremauit/ut ſic quantū turpis ſit uoluptatum euentus oſtēderet. Sed aliter priſci illi Spartani bello inuicti/ab his uolup-tatibus apprime alieni: Nam conuiuia abſq; fœminarū libidine/re pletioneq;/& cantu celebrabant/ab obſonioꝝ uoluptatibus abſtine re/cum corporis gracilitate/ abilitateq; famem poſſe tolerare, &/a/ cūctis laſciuiis ſe abdicare/pingues pondere obrutos/& inertia ina biles irridebant. Ius ipſoꝝ maximo approbatum/quo ſeniores con temni carnes adoleſcentibus cedebant/cæteris ingratum erat. Hu-ius iuris gratia Dioniſius tyrannus Laconū iuuenem emit, cui ta-le ius/ne ſumptui parceret/ præparari iuſſit, quo accepto/ offenſus ius deſpuit. Salubrius(inq̄)qui Platonicis præceptis imbutis/libi-dines eiiciunt/adulatoribuſq;/ac aſſentatoribus aures nō præbent. Hinc Caliſthenes ille uir conſtans/ cū Ariſtoteles Alexandri quin quēnio præceptor extitiſſet/cū ſimultates cōtraxiſſet/Caliſthenem ſibi proximū Alexandrū ad externos uoluit comitari. Caliſthenes Perſas/reges ſuos adorantes irridens/ac in principē coniuraſſe con uictus/abſciſo naſo/& auribus mento tenus eſt infoſſus/quem litte

ris una cum Aristotele in Alexandrum coniurasse. Hinc Phalaris ille tyrannus disertus/imanis tamen/ qui epistolis cunctos alliciebat/si quis garrulitati credulus/illas tamen scitis rationibus fultas legeret/ Phalariden se uerbis tegetem ęquissimũ censeret. Quippe philosophi gl'iosius/q̃ alii imparent/si ratioẽ/si iustitiã colẽdo/a/se auaritiã/simultates/odia/& alterius felicitatis liuorem protinus abdicare posset, ineffrenis alieni auiditas/sic populos infecit/ ut opes etiã scelere conquisitas/ mortalibus/ proximis/ diisq; præferamus. Hinc M. Curii/Fabriciiq; cõtinentia probos philosophari alliciat, Cũ Samnites attriti/belloq; impares/Curio rapas in fictilibus elissare comperto/per legatos aurũ offerrent. Haud abnuit ille ita turpiter ditari/malle habentibus aurum imperare/ q̃ ipsum habere attestatus: cui sine alio sumptu talis cœna sufficeret/ ut captiuos redimerent Romanoꝶ legati/& Fabricius una ad Pyrrhũ uenerant. Fabriciũ inopem/uerum uirum probũ/& bello egregiũ apud Romanos magnam expectationem habere/Cineas admonuerat, Cui Pyrrhus seorsum blanditus/ut hospitalitatis gratia/& amicitiæ/& nõ ob turpem causam pecuniã caperet/psuadere conatus est/quem etiam ut acta pace/primũ amicoꝶ/ducumq; secum esse uellet rogauit. Precanti submissa uoce Fabricius inquit: Nõ hæc tibi res conduceret, nam illi qui te admirãtur/coluntq;, si experirentur/a/me potius/q̃/a/te regi optarent. Fabriciũ postea consulem medicus per epistolam monuit/ q; præmio oblato Pyrrhum belli in Romanos fomentũ ueneni tolleret. Fabricius proditionẽ detestatus/ collega in eadem sententia adducto, Pyrrhum/ut medici insidias caueret/ his uerbis monuit: Fabricius/ Q. Aemilius consules Pyrrho regi salutem. Neq; amicoꝶ/neq; hostiũ fortunatus existimator esse uideris/cognosces enĩ cum hãc epistolã ad nos transmissam plegeris/ te bonis/iustisq; uiris bellũ inferre/malis uero/& iniustis cõfidere. Hęc aũt nõ tui grã facimus tibi/ sed ne nobis mors tua calũniã afferat/quẽ si uirtute neqremus superare/tecũ dolo cõtẽdisse. Pyrrhus medico suspẽso/in retributionẽ bñficii/gratis captiuos remisit Romã/parem Tarentinoꝶ/& Sãnitũ numeꝶ/ne impares munificẽtia crederent/Pyrrho cõcessere/Viriacus in Hispania Neominus phi

losophatus est. Hispani bellum magis q̃ ocium appetunt, iccirco si hostis externus abest/domi conquirunt ducem magnũ / qui nunq̃ nisi Viriacum habuere. Ipse annos decem Romanos uaria uictoria fatigauit/ non populorũ iudicio electus est, sed ut bonũ/& scientem & pericula euitare peritũ/secuti sunt. Ipse Viriacus/& si consulares exercitus frequenter euicerit/tantis rebus gestis/nõ tamen arma/nõ uestium cultũ/non uictum imutauit/eo habitu/quo primũ præliatũ est/perseuerauit, ut q̃uis gregarius miles ipso imperatore opulentior uideret. Vnde Cicero ad continentię laudem disseruit/ atq; inquiens: Si considerare uolumus/quæ sit in natura hominis excellentia/& dignitas, intelligemus q̃ sit turpe defluere luxuria/ & delicate/ac molliter uiuere/quiq; honestũ parce/ continenter/seuere/ac sobrie. Hinc Tragicus fere ipse quoq; Veneris euitant nefas/ generisq; leges inscius serua pudor. Et Ouidius: Si qua metu dempto casta est/ea deniq; casta est: Nec custodiri (ni uelit) ulla potest. Hęc inq̃/ut censeo/resp. urbes/ciuitatesq; erigit/atq; erectas extollit: quod præclare Cicero illustrat: Caste (inquit) lex adire deos animo uidelicet in quo sunt omnia/nec tollit castimoniã corporis. Sed hoc oportet intelligi/cũ multũ animus corpe præstet/ obseruetur q;/ut casta corpa adhibeant, multo esse in animis his seruandũ magis: Nam illud nec aspersione aquæ/uel dierũ numero tollitur animi labes/nec diuturnitate uanescere/ nec manibus ullis elui potest. Sic Tibullus: Vos quoq; abesse procul iubeo/discedat ab aris: Cui tulit hesterna gaudia nocte Venus. Casta placent superis pura cũ ueste uenite: Et manibus puris sumite fontis aquã. Verum enimuero parũ esset mortales ipsos instruere / nisi & ciuitates ipsæ astruerent, in q̃bus ipsi uirtute ipsa uti possent: Nã (ut Peripathetici dixere) ad bona animi nunq̃ satis esse/nisi & fortunæ/& corpis accedat: Nec satis esse ciues optie institutos/nisi regionis/ac urbis cõmoditas ea suppetat/quę ad usum tranq̃llæ uitę satis esse queãt. Hinc præclari scriptores edixere/felicẽ p̃riam/ ciues feliciores reddere/ infelicẽ uero/ ac inopẽ ciues suos adauxiliari, sed ad uirtutes excutiores reddere/aut ipsas eneruare. Athenienses/ Romaniq; nõnulli p̃riæ splẽdore illustres habiti fuere/q̃ si ex obscuriore p̃ria or-

tum habuissent/quã gloriam assecuti fuissent. Themistocles miserum se nequaq̃ futurũ nobilem/si Seriphius esset. Vnde Hesiodus Asseram lique paternis nunq̃ optabile uerno/sole caret/brumaq; riget/sed aduritur estu. et Persei patria cũ Danae matre eiectus esset ab Acrisio patre / & deinde cum caput Gorgonis Seriphiis ostendisset/omnes in lapides conuersos (ut poetę fabulantur) in ultionẽ matris Perseum egisse/cum Polidectes Danaem inuitam in uxorẽ duxisset aspirante populo. Sed Santius/ qui Athenas/ Tharsum/ Alexandriam condidere/in quibus quisq; mediocri etiam ingenio/ req; familiari gloriam/ac felicitatem/nisi sibi ipsi defuisset/ assequi ualuerat/familiam/seq; ipsum optime alere poterat. Quippe ea loca colenda sunt/in quorũ agro/quæ natura mortalibus præbere cõsueuit/nõ desit. Transmarinã/peregrinãq; sapientiã non exquirat/ intra pomeria musæ incolant. Nam non formidabit suas uirtutes intra domesticos parietes obscurari / cum ciuitas ipsa ipsi ciui spectaculum/ omniũq; rerum maximarũ theatrumq; præstet, ut illud Xenophontis Socratici inquientis/nihilo agere deorũ esse/q̃ minimo aũt proximũ diis. Et Seres illi/quos scriptores ita extollũt/beatosq; esse asserũt/quorũ ager naturæ benignitate fruges / ac fructus afferat/sine omni labore se indigenas alere possunt/& finitimis pręberere/perpetuaq; fruantur pace/ arbores/ sericum uelus deducãt ad principũ/ac purpuratorũ usum, cœli/aerisq; temperiem/ saluberrimãq; percaleant. Hinc illa Catonis pulcherrima sententia/in agro incolendo duo exoptat/loci ubertatem/salubritatem cœli : quorũ si alterũ deerit/nequaq̃ incolendũ esse censet. Et Cypron Veneri dilectam poetæ canũt/quia benigna rerum omniũ parens natura/quę Veneris nomine priscis seculis nũcupabatur/ei indulsit. Nam Arabes felices cognominãt'/q; fortibus frugibus palmite/odorũq; suauitate prędiuites sint. Sed ut censeo/tpatum aerem incolendũ (Aristotele teste) nã qui frigidas regiones incolũt/animo/ac uiribus potius abũdare/q̃ ingenio/& arte, eorũq; corpa pulchriora ac pceriora cõspicimus, parũ quidẽ mẽte/uiribus aũt pręstãt/ferro sine timore resistũt. Hinc Cęsar: oibus (inqt) Gallis prę magnitudie corporũ

suorum breuitas nostra contemptui habita est. Subdens/ut ad bella suscipienda Galloꝝ alacer / & promptus est animus, sic mollis/ ac minime resistens ad calamitates perferendas mens eoꝝ est. Sic Parthi quoq; niuales ita pugnaces/atq; intrepidi sunt/ ut solos beatos iudicent/qui fortiter in bello ceciderunt/e/ uita excedente naturali cursu/ut degeneres/ac ignauos conuiciis insectãtur. At qui meridionales regiones incolũt/ob sanguinis exiguitatem/ tenuitatẽq; cœli/mente/ingenio/consilioq; præstant/forti animo ęgrotãt/ignauiam/imbecillitatem ingentem præ se ferunt. Et Salapini Apuliæ oppidum/a/Diomede conditum/ alii ab Eleppia Rhodio duce pię clarissimo/hii ob cœli inclementiam/singulis pene annis ęgrotatione graui laborãtes/oratores Romanis misere/ut eorum ualitudini consulerent. Quæ res & Senatusconsulto Marco Hostilio demandata est/ qui locum salubrem quattuor milliũ passuũ/a/prisco oppido instante prope mare/eos incolere iussit. Populonia olim Hetruscorum urbs opulentissima ob aeris intemperiem destituta est. Vnde Marcus Vitruuius / ad Italiæ laudem ait: Nam uiros gignit ingenio / ac disciplina omnes mortales antecedat. Hinc illa Romana respublica/quæ armis/uirtute/ ac consilio omniũ ferocitatem domuit, &(ut Cicero inquit) per se se omnia melius adinuenit/uel ab aliis accepta longe reliquit meliora/ & paruo quidem interuallo totius orbis imperiũ nacta fuit. Nec illa Græcoꝝ opinio uera est/ꝙ eoꝝ genus fortitudine/ac consilio cunctos superaret/eorumq; Mathematici perpetuã eoꝝ gloriam futurã edissere/ ꝙ si in lucem redirent/conspicerent ludibrio cõtentari/omnibusq; esse mores corruptos/dirutas urbes/ regnaq; euersa/ conspicerentq; in ipsa Græcia uix Græciã reperiri/ & uti censeo / faterentur regna animi uirtute/ac imperia gubernari/diuturnaq; esse/nõ sydeꝝ cursu/ nisi hii Parchi ridiculam sententiã amplecti maluissent/asserentis cœlestiũ orbium sedes aliquãdo in contrarias partes moueri/ cursusq; sydeꝝum alios futuros tempus fore autumant / quo orbis cardines suo loco mouerentur.

Finis Quarti libri.

QVINTVS

P RIMEVA ORIGINE RERVM homines pene sylueſtres nō armis/ſed fuſtibus certantes/ humanis carnibus bello/ uel ſortuitu oblatis/nō horruere ueſci, cum etiam potentiores infirmos/& imbelles ſeruitute tenerent, audacius quidē agentes ob iniurias contractas/ acies in globum unire/ modo inſequi/uel referre pedem/ & animal aliquod depictū pro uexillo proponere cępere fortuitu diſperſi ad illud inſigne conglobari, ac diſtractos trucidare incohantes/animalia bruta ſic propoſita ęque ac uictricia egentibus/ſalutaria adorare incoharunt. Nam in Aegipto ea tempeſtate quidā lentem/aut fabam, nōnulli caſeum, alioſq; q̄plurimos fructus nullo pacto temeraſſent: Nā canes/accipitres/ lupos/ibides/cocodrillos/felem, & plura alia obſeruātes nutrimenta/locaq; ęque ac ſuis diis diſpoſuere, ex his bruta caſu quouis extincta ſale/ cedri liquore / odoribus illata fretu / ſacro loco componebant/temere animalia occidens publico iudicio excruciabatur, Si errans animal defunctū comperiſſet/ procul lamentatione/ qua nō cædis conſcius erat/ opus eſſet, ut/a/calumnia euaderet/ teſtari. Superſtitio talis adeo erat inuiolabilis/q; dum Ptolomeus Romanos in Aegiptū accinctos/ſumptibus/beneficiiſq; honoraret/& ipſi Aegiptii hoſpitibus tanq̄ pacis cōſeruandæ autoribus plauderent: Italus quidam caſu felem occidit / quare eius interitum (plebe occurrēte)cum euadere nō poſſet/regios principes auxiliares rex miſit/q̄uis Romani orbis imperio potirentur. Funeſtiſſima fames cū Aegiptum humanam in carnem concitaſſet, ſacra hæc bruta nuſq̄ inedia uiolauit/ immo populi grande impenſa/ circa temploꝝ ambitum unguentis/odoribus ſtratis ſumptuoſis/ſupra uires condidere. Siquidem fuerat quidā eoꝝ rex uafer/diſſidiis/ac litibus ita populos poſſe altercari callide excogitauit: Nam bruta illa unaquaq; eoꝝ regione/quo ritu colenda/uel aſpernanda forent/ quos fructus legerent/quos euitarent/ edicto cauit, Ratus/ q; ſi alii uni animali uouerent/& idem illud alibi/ ut hoſtem tollerēt/ aut etiam aliquos fructus ferrent / illos met alibi ex innatis odiis euellerent, inter ſe

tantũ disceptarent/q̃ nusq̃ in reges conspirarent, Siquidem ut dirus tyrannus/nõ ut ueri regis/principisq́ calluit partes cũ eo/differat tyrãni/& regis maiestas, aut sola/uel maxima ratio/quæ hic legi obtemperat/& eius arbitrio populum regit/ cuius se credit ministrum, & in reip• muneribus exercendis/ & oneribus subeundis beneficio sibi primũ uendicat locum, in eoq́ præfertur singulis/q̃ cũ singuli teneantur ad singula principis onera iminentia uniuersa/ in eum omniũ potestas confertur/ut in omniũ utilitate exquirẽda & peragenda sibi ipse sufficiat/& reip• status optime disponatur/in quo quidem optimã uiuendi ducem naturã sequamur/quæ in hominem mundi microcosmi/idest/mundi minoris sensus uniuersos in capitis arce collocauit/uniuersaq́ ei mẽbra subiecit/ut recte moueantur• Multis ergo priuilegiis apex regius extollitur/exsplendescit, quot/quantaq́ sibi ipse pernecessaria credidit • Recte quidem/ quia populo nihil utilius est/q̃ ut regis necessitas expleatur• Quippe/cum hæc uolũtas eius iustitię inueniatur/aduersa est, ergo eum pleriq́ diffiniũt/principis potestas publica, & in terris quędã diuinæ maiestatis imago• Proculdubio magnum quid diuinæ uirtutis declaratur inesse principibus/dum mortales eorũ nutibus colla submittunt/securiq́ plerũq́ feriendas præbent ceruices/& impulsu diuino quisq́ timet/quibus ipse timori est, quod fieri posse nõ ambigo/nisi diuino nutu peragente• Et si nõnullos nõ regis/sed tyranni partes suscęperint/ut Iugurtha/affines imperii auiditate, nullo iure ad se spectãtis/ fortunis exutos (Romanis exprobãtibus) cruentauit, qui tam & si pro scelere nephario diis satisfaciendũ foret/a/ Bocco socero nulla iniuria affecto/captus/ ac uictus ad Romanorũ supplicia traditus/miserrime obiit• Tereus rex Tracum Philomellæ pudicitię nõ pepercit, imo peracto stupro/cum se crimen uulgaturam ediceret/ ei Tereus linguã incidit/ uxoriq́ mentitus/a/ feris discerptam esse postmodũ asseruit• Sic olim Alemanorũ reges Iustiniano imperante/cum Italiam inuaderent/qui sine ullo delectu/& per impietatem simul templa diripiebãt/ & deformabãt, sacraq́ ex auro uasa/& ad rem diuinã peragendã parata, preciosamq́ cæterã

supellectilem cum substulissent/in possessionem turpiter uendica/
bant. Cũq; ea patrassent/necdum malefactis excitati(Aghatio au/
torę) uel urnas ipsas(quibus templo℞ structores recondebantur)
trahebant/euertebãtq; pauimenta/cruoreq; templa fœdabant/præ
daq; omnis conspurgabat/cũ mortuos insepultos disicerent haud.
Tamen diuina longe post ira (quæ ob tanta hæc scelera inferreba/
tur)hos pœnis affecit, quãdoquidem bello partim/partim morbo
interiere/ut eo℞ nemo quippiam sit ex pristina rapiendi spe conse/
quutus. Iniustitia nãq;/ & erga deum impietas fugienda permaxi/
me sunt, ita ei prodesse nihil poterunt/ut in ipso præsertim bello:
Nam patri opem ferre/ac patrias leges tueri/& has deuastantibus
se minus permittere/sed enixius expugnare/proculdubio ęquũ fue
rit/& generosum: Qui uero lucri/auaritiæq; gratia/odiiq;, nulla ra
tione subnixi/cum nullũ criminandi ius habeant, si uelint in alie/
nam irrumpere/& eos incessere/qui iniuriæ nihil intulerint, profe
cto insolentes hi sunt/& plane insaniũt, neq; quid ius/fasq; sit no/
runt/nec magnifaciunt/si maleficiis sit infensior deus, Quo fit/ ut
acriora his inferãtur supplicia/ & ad incurabilem calamitatẽ(quã
praue gesserint)recidant, & si ad breue felices existimẽtur Leutha
ri/ itaq; Bultinoq; huiuscemodi euenere. Sic Attila percunctatus/
qui nam esset dirum dei optimi flagellũ/se esse ratus, Sed cũ reges
iustitiæ ministri sint/quæ dei optimi propria uirtus existit/princi/
pisq; sit modestiã noscere/principatũ nõ appetere, sed morũ elegan
tia mereri, quo quidẽ tanto dignior iudicat, quãto/ab/ambitionis
crimine uidetur esse remotior/illiusq; principis uirtuti cõgratulan
dum est/amico℞ fortunæ, si tamen recte gesserit/quem probe me/
ruit, alioquin se ipsum periculis/amicosq; detrahentiũ linguis sub
iectum iri nõ hęsitandũ, cum & ignauiam principũ ingenuę/illu/
stresq; resp. nõ ferãt/ & sermo publicus delicta principũ refundere
soleat in amicos/adsidentesq;. Et ut Plutarchus ad Traianũ inqt,
Sic Seneca: Neronis sui merito detrahentiũ carpitur linguis, adu
lescentia suo℞ temeritas in Quintiliano refunditur, & Socrates in
pupillũ suũ fuisse clementior. Tu uero inquiens: Quid uis rectissi

me geres, si a te ipso nõ recesseris, si primũ te cõposueris ad uirtutem/recte tibi procedent uniuersa. Politicæ cõstitutionis maiorꝶ uires tibi expressi/ cui si obtemperas(Plutarchũ uiuendi habes autorem) alioquin præsentem eplam testem inuoco/quæ in perniciem imperii nõ pergis/autore Plutarcho. Hinc illud pręclarũ Theodosii/& Valentiniani principũ/ quasi diuinũ responsum ad Volusianũ/digna uox est maiestate regerantis legibus / obligatũ se principem profiteri : Adeo de autoritate iuris nostra pendet autoritas/ & re uera minus imperio est submittere legibus principatũ/ & oraculo pñtis edicti/quod nobis licere nõ patimur/ aliis indicamus. Legem(ut inqt Pomponius iureconsultus)cõmunem esse reip. sponsionem: nã prisci legislatores/a/diis ipsis leges accipere asserebant. Vnde Minas Aegiptiorꝶ rex primus omniũ/eis leges tulit/Mercuriũq; autorem disseruit. Sic Lycurgus Apollinẽ Zamolsis/ quem Getis leges dedisse autumãt, Vestãq; prætulit. Minos uero Iouem Saturni filiũ, numen suaꝶ legũ peregit. Apud Romanos Numa sancionibus suis Aegeriã nymphã pręfecit. Ita ex Senatusconsulto quo maior legibus inesset maiestas, Publius, Sulpitius Camerinus, Aulus, Manilius/& Spurius Postumius legati Athenas missi fuere/qui Solonis attulere leges optimas/illustriũ aliaꝶ ciuitatum didicere/quę Romanę reip. optimos mores/maximosq; fructus attulere: Nã(ut Aristoteles ait)legem cõmunem esse cõsensum/unũ quodq; agendũ/aut nõ agendũ sit. Et(ut Cicero disseruit)præcipere recta/prauaq; depellere/ imperare/uetare/punire/ permittere, ut Modestinus refert. Quas leges Socrates tanti fecit/ut eas resp. beatas facere arbitraret/ ipsarũq; latores omni in ęuo nunq̃ obliterari ualuere. Hinc apud Hebreos Moses/quibus leges dedit/nõne summa in ueneratione semper exstitit? Et Lycurgus Lacedæmoniis, Minos Crethensibus, Phoroneus Inachi/Niobesq; Argis leges statuit/ & Draco, & deinde Solon / qui Atheniensibus, & Mercurius Aegyptiis leges protulit. Hinc Romani adeo Græcoꝶ leges ueneratι sunt/ut decem uiros ex Senatusconsulto constituerint/ut leges ab his decem in ęboreis tabulis (uel ut Liuius refert) in ęs incisæ,

posterisq; edictę/populũ edocerẽt/& duas his postmodũ addiderũt ne quid pfecto operi deesset. Hinc Cicero: Fremãt omnes (licet dicam quod sentio) bibliothecas mehercule omniũ philosophorum unus mihi uidet duodecim tabularũ libellus, si quis legũ fontem/ & capita uiderit/& autoritatis pondere/& utilitatis ubertate supare/nã lex omnis ad ciuiũ salutem/conseruationẽq; humanæ societatis/ut alibi Cicero disseruit/incolumitatẽ ciuitatis/uitamq; singulorum quietam/ac beatã: quæ psuasio efficit/ut populi æquo animo scita illa accipiant/quæ etiã aliqua ex pte libertati singulorũ obesse uident/defendat/ac tueat bonos/malos aũt pœnis afficiat/ea tñ ratio/ut mali ciues emendare/q̃ interimere/nõ ut Draconis leges/qui leuia etiã errata capitali pœna animaduertenda censuit/a/ Solone abolitæ fuere. Hinc Demades orator dicere solebat, nõ Draconem atramẽto/sed sanguine leges scripsisse. Sed Lycurgi leges ciuiũ uitæ plurimũ indulgent, probi quidẽ ciues uirtutis studio/a/prauis actionibus declinãt, improbi plerũq; pœnarũ formidine abstinẽt/ uel leuioribus pœnis affecti/ad meliorẽ uitã redigunt. Ex his quidẽ inq̃ legibus omnis dignitas expetit. Nihil enĩ illis deest/quod ad ciuilẽ societatẽ conseruandã spectare possit/cũ omnis industria/ omnisq; honestas/labor prẹmiis/splendore/gloria decoratur. Vitia aũt hominũ/ac fraudes dãnis/ignominiis/uinculis/exiliis/uerberibus/morteq; mulctant. Legem tñ si qui amplexuri sunt/naturã ipsam imitent / quæ mortales ex omnibus brutis ptcipes rõnis effecit, quã si Darius senior amplexus esset/nõ ita turpem ad fugã euolasset. Arthabanus Dario Scytas inopes haud lacessendos bello cũ diu frustra dissuasisset/Oebazius Persa uni ex tribus filiis militãtibus/principis amicitia fretus/uacationẽ obsecrauit militię. Darius hilarissime amico modesta petenti/se omnes liberos redditurũ pollicitus, militiæ pręfectus Oebazii filios protinus necare præcepit. Immanitatẽ huius ducis dii egre ferentes, Scytas auri/ diuitiarũq; exptes/in eũ concitarũt. Ipsi repente in castra prosilientes/adfuere qui ducentis milibus passibus in horridioribus desertis paulopost aberãt. Mox insperate superuenientes/ hostes cachinnantiũ more il-

Iudẽtes ambibât/ ex inopia rerũ Dariũ ſęuitatis pœnitere/Scythæ
reges tenẽtes/ illi caduceatorẽ auem/murem/ranã/ & quinq; ſagit-
tas adferentẽ/ & numeꝝ interpretationẽ expoſcẽtẽ miſere Gobrias
cæteri regi aſſentãtibus muneꝝ euentũ ſic cõiectauit/ q̃ niſi Perſæ
ut aues euolarent/ut mures in cuniculis terræ latitarẽt/ ut ranæ in
paludibuſq; proſilirẽt/ſagittis conficerent · Rex ut delirãs attoni-
tus/ ex ſeptingentis milibus militũ nonaginta milibus amiſſis/ ad
Iſtrũ fuga euaſit/homine Aegiptio/qui totius orbis reliquos morta
les conatu/& excellẽtia uocis excellebat/ Iſteũ pontis cuſtodẽ euo-
cante/ut ipſe Darius trans amnẽ trepidus fugam arriperet·Sic Ti
granes Armeniæ rex regũ appellatus/reges quoſdã ex arregãtia ut
mancipia pediſſequoſq; ac ſatellites habere uolẽs/ut equitãti eque
ſtres occurrerent, ſedenti inuicẽ cõnexis brachiis/nõ ſine ſeruitutis
imagine illũ circũirent imperauerat/ad quẽ Mitridates/a/Lucullo
fortunis/regnoq; exutus fugerat · Lucullus Mitridatem iure belli
triũpho deditũ per Appiũ legatũ/ꝙ ſi nõ traderet/ bellũ ſe habitu
rũ ſciret/expoſuit· Trigane multa cõminante/atq; parere nolente/
Lucullus Armeniã occupat/at hoſtem tã proqinquũ nõ eſſe ratus/
nũciantẽ Lucullũ regnũ inurere/copiiſq; prouincias urgere/ ac re-
gi propinquũ iminere/ſecuri percuti iuſſit·Morte nũcii reliqui for
midĩtes clades/properantẽq; hoſtẽ ſe neſcire fingũt·Rex elatus de
ſe/deq; ſua acie/ militeq; multa iactare ſolitus/ Romanos prius eſt
conſpicatus/q̃ ciuiũ/aut urbiũ uaſtationes/ingentiaq; perſentit/ &
damna/fuſus turpiter/a/Lucullo/cũ nihil muliebrius eſſet/ Põpeo
ſucceſſori triumphũ ꝑtulit/quẽ in caſtris abiecto diademate adiuit
genuq; flexo ipſum adorauit · Siquidẽ in mulierũ paleſtra ut plu-
rimũ ſolitus decertare Romanos ęque imbelles regni amiſſione ne
glexit·Etiã Xerſes in Græcos cõcitatus/Celenas uſq; cum exercitu
ꝑuenerat / quẽ Pitius princeps Lydus cũ toto delecto hoſpitio co-
miter ſuſcepit· Præterea aſſumptus belli pecuniã ingentem ſe regi
daturum offert, Xerſi quis nam eſſet tam liberalis hoſpes/a/ Perſis
percunctanti/Lydum collaudantes reſpondere/ꝙ Dario patri non
minora condonaſſet munera / qđq; in diuitiis finitimos ſuperaret·

Rex innumeras hospiti gratias egit/ & cum acies progrederentur/ sol defecit/quo omine Pitius ipse sūmopere expauit/ ideo suis muneribus/& preteritæ comitati/ac regis sponsionibus fidés/e/quinq; filiis militantibus seniori ad nūmos contrahendum militiæ uacationem fecit, cui Xerses succensus ego filios/ germanos/ ac amicos hac in militia mecum duco, & tu uile mancipium(nō enim omni cum tuo comitatu)prosequi me debes? Remitti filium tam ardenter expostulas/te stolidum/liberosq;(nec munera proderunt)mulctabo. Deinceps Pitii filiū duo in frusta discissum/a/dextra/leuaq; itineris/unde acies progrederentur/suspendi iussit. Siquidem undecim centena milia mortalium Xerses armis muniuerat/qui mœnia pontibus traiecerat/montes ad uelificandum effoderat, nauali prælio/a/ Gręcis profligatus/desertis castris/exigua cymba in Asiā mitis/atq; trepidus/in tantæ ingratitudinis ultionem remeauit, cuius maiestas cum indies uilesceret/ab Arthabano pręfecto imperii cupiditate concitato propria in regia confossus interiit. Sed illustrius Macedo Alexander/cui ob uirtutis amplitudinē cognemem Magnū inditum fuit. Qui postq̄ totius orientis imperio potitus fuit/ in Aegipto tam longe/a/ campo Nili hostio Alexandriam urbem condidit/Dinocriti architecti peritissimi artificio/licet rex ipse loci rationem magna animi acie primo comprobarat. Respexerat enim portum admodū tutum/præclarumq; emporium/ ac feracissimos campos frumētarios/& Nili utilitatē nō mediocrem. Maluit enim ut architectus ille nobilissimus artis suæ munere fungeretur/ne qd illustri operi deesset/ut autores scripsere/ad aquilę pandentis alę similitudinē statuit/ sed ut ustra boni placuit/ ad clamidis figurā/quas specie ad orbis incolētes ptes cosmographi scripsere. Sic postmodum Iulius Cæsar post de hostibus nactus tropħea/ Pharos insula/quę obiecta Alexandrię portū efficit/& iactis molibus angusto itinere/ & pōte urbi cōiūgit, in ea turris ingenti celsitudine iminet/ instrūcta mirifico ope/ex q̄ facibus accensis nocturna nauigatio tutiūs dirigit / licet Ammiani snia fuerit, Cleopatræ opus fuisse, sed(ut cēseo)cū Aegiptii regnū eidē pmisissent/ex eaq;

filiũ nõ sibi forma dissimilẽ/incessuq; genuerit/ Cęsarionẽ nũcupatũ. Sed Strabo Sostratũ architectũ/priscoꝝ regũ amicũ/eam struxisse/& tali exscripsisse epigrammate. Sostratus Gnidius/alias Gindius/Epiphanis filius/ his seruatoribus pro nauigantibus. Et Romulus urbẽ/ipsiusq; mœnia quadrata forma/ ex M. Varronis sententia(ut Dionisius inquit)struxit. Deinde Nicia urbs Bythiniæ/ quæ portas habuit quatuor/adeo ad lineas directas/ ut ex quadriuio prope gymnasiũ singulę cernerent̃,pomariũq; intra muros/& extra/in quo nec colere/nec inhabitare permittebat̃(ut Indigidius scriptũ reliq̃t): turresq; ad urbis defensionẽ constituere/nõ quadratas/aut angulares,nã ubi angularis extat/tormẽto/balestaq; decutit̃/omnis statim elidit̃/ optima eius facies retũda est, nõ eni tam facile dissipat̃/nã tutiores urbes reddũt/& pro corona/& ornamento sint/ut Homerus/ & Herodotus scriptũ reliquere. Nã ut equites planiciem ornare aiũt/& naues maritimã orã/ sic & turres urbẽ quasi coronæ, nec arces urbi putiles pnecessarias censeo/ Tarentinoꝝ exemplo ducti : Nã cũ Spurii illi Lacedœmonioꝝ/qui ob materni pudoris notã/ex patria explosi/in Italiã applicuere/ad Tarentũq;(exploratoribus pręmissis)accessere,cũq; animaduerterẽt minime arcẽ custodiri/ eã occuparũt,urbẽq; diripuere/ eiusq; omnes exclusere/uirginibus acceptis. Et iã longo interuallo/a/ Romanis a/seruata urbis recuperãdæ causam prębuit, nam cũ ad Hãnibalẽ defecissent Tarentini/& M. Lucius Salinator arci pręesset,Maximus Fabius cũ exercitu adfuit/ urbẽq; ex arce ingressus/ad Romani imperii uires eduxit/Cicerone autore/Plutarchoq; Fabii adagiũ asserẽtibus/referunt quidẽ M. Luciũ edixisse/Memento Fabi mea uirtute Tarentũ te habuisse. Cui ille: Verũ inq̃t ais/nã nisi tu eam nõ amisisses/haud ĩ pristino statu redũdasset. Et Pyrrhus Epyrotarũ rex Athenas ueniẽs/ciuiũq; benigno hospitio exceptus. Is postq̃ urbẽ illã opulẽtissimã/disciplinarũq; oĩum altricẽ cõspexit/in Palladis arcẽ deductus est/ibiq; sacra peregit/ arcẽ natura/ & arte munitissimã cõtẽplatus,deinde cũ ad forũ descẽdisset/principibus ciuitatis asseruit/ne in posteꝝ nulli regũ potestatẽ pagerẽt arcẽ ingre

diendi/ ne oportunitatē prę͡sidii quispiā nactus/tyrānidem inuaderet. Hinc Pedianus/Arcem esse ait/ tyrānidis sedē. Tymoleon Corinthiorꝝ summus imperator, &/a/Syracusis/ quibus auxilio missus fuerat/Dionisio expulso/urbiūq; mœnia/ & turres disiectas instaurasset, libertatem/ociūq; reddidisset/funditus Syracusanam arcem euertit, & nūc inquit solida pacis fundamēta iecimus/cū tyrānorꝝ domiciliū euertimus/ac sedem. Arx enim simultatē/ciuilesq; discordias fouet/ut Thebanis euenit: nā exules Lacędœmoniorꝝ auxilio/ arcem inuasere/alterius factionis principes/aut in exiliū missi/aut interempti/libertateq; amissa/donec Pelopidas uir fortissimus exulibus accitis/paruaq; sociorꝝ manu adiutus/ patriā (cęsis hostibus) pristinā in libertatē uendicauit. Hinc Aristoteles/ perniciosam in optima rep. censet/ pręberéq; eam tyrānidis oportunitatē: Nā ubi ęquo iure uiuitur/nō dissimiles ædes esse cōuenit, ut alia depressa iacere/alia minari/atq; iminere. Vnde Virgilius: Quo res summa loco Pantu/quā prendimus arcē. Quandoquidē ęqualitas inuidā arcet. Hinc Herodotus: Optanē Persam extollit/quādo in rep. ęquo iure uiuit. Iubetq; ut in ea magi͡status sorte ducātur/ oīa cōmuniq; cōsilio agitent/cuius finis summa libertas est/quē potestatē uiuendi habere uelit/ut Cicero disseruit. Et Florentius iurecōsultus libertatem esse ait/ naturalē facultatē eius/quod cuiq; facere/nisi quod ui aut iure prohibet/ nec ut reor plebi/solisq; opificibus remp. ipsam regere expetit, qui qū multitudini pręstant/uirtute ornatos/ac bonis artibus eruditos/nobilioresq; contemptui/ludibrioq; habēt/cū omni experientia careāt/cū submissoq; aīo regāt/nec magnarꝝ rerū usu/nec genere/aut disciplina coadiuuent, & cū nobiliores timeāt oīa temere agūt/nam plebs ipsa/aut humiliter inseruit/aut ingenti imperat sęuitate/ ad sęuiciāq; prona/ ut in remp. Romanam: quæ in sacrum montem armata secessit/ egreq;/ nec nisi tribunos impetrasset, M. Agrippæ facundia/ & sapientissimi autoritate reuocata est. Quippe extat orationis antiquæ satis efficax fabella. Hinc autore Floro Lucio: qua dissedisse quondam inter se humanos artus opere fungentes/solus uenter immunis/& nihil agens/deinde.

moribūdos/a/ſeiunctione reddidiſſe in gratiā/cum perſenſiſſent q͛ eius opera redactis in ſanguinē cibis/irrigarentur. Et apud Vulſi‑nos Etruſcoꝝ tūc populos opulentiſſimos coacti, opem/a/ Roma‑nis expoſtulare/cum liberti/uiliaq; mancipia quondā/ tranſlata in ſe republica dominabantur/in dominos/uirtuteq; præditos craſſa‑banť/niſi FabioGurgite duce pœnas dediſſent. Etiā matrimonioꝝ indignitas/ut plebs apud Romanos cum patritiis iungeretur/ qui tumultus in monte Ianiculo(duce Cauuelio tribuno plebis)exar‑ſit,uerū in his ipſis ſeditionibus principem populū non immerito ſuſpexeris. Edicet quiſpiā/nam nūc libertatem/nūc pudicitiā/tum natali um dignitatem honoꝝ decoraret/inſignia uendicauit. Inter omnia hæc nullus acrior cuſtos/q̄ libertatis fuit, nullaq; in preciū eius potuit largitione corrumpi/cum ut in magno/ & indies maio‑re populo interim pernicioſi ciues exiſterent / Caſſium largitione agraria lege ſuſpectū/regiæ dominationis præſenti/ morte mulcta uit,ac de Spurio quidem pœnam ipſius ſumpſit. Hūc Quintii di‑ctatoris imperio/ medio in foro magiſter equitum Seruilius Hala confodit. Maniliū uero Capitolii uindicem/quia pleroſq; debitoꝝ liberauerat/altius ſe/& inciuilius efferentem,ab illa/ quā defende‑rat arce deiecit. Talis domi/ac foris,talis pace/belloq; populus Ro manus illud adoleſcentiæ ſecundā imperii ætatem habuit/ in qua totam inter alpes fretum Italiam armis ſubiecit. Sed Aegiptiaca plebs diris ritibus infuneſtatione expletis/ cadauera anteq̄ conde‑renť/illatis probris incuſabat/& in filioꝝ contumeliā creditoribus ea dari ſinebat/cōprobatis obiectis defunctū ſepulchro indignum ad ſtercora/ad rudera eiiciendū iudicabat. Quod erat exprobratio dira/conteſtari malebat domos decoras/ ac amplas/ quia mortaliū uita breuis eſt/egreſſere Aegiptii/cū corpa diu in ſepulchris quieſ‑cerent/ea mirabili artificio cōbuſta/& pyramidū ſtructura/q̄uis re gibus ſuis proinde ac ſi numina forent uenerarentur , nec niſi dei optimi nutu eos tantū imperiū aſſecutos exiſtimarent/quos rebus geſtis diuinę naturę pṫcipes arbitrabanť. Verū ſi rex delirus fuiſ‑ſet/tū/a/ſacerdotibus libelli laudū ſuaꝝ legerenť/plebs falſis laudi

bus proclamans/insurgendo regem frustatim discerptum/hincinde proiiciebāt. Hinc Herodes Hierosolimitanus talium ingenio, & infamia peritus/ ut conscius populi/ cordis archana teneret, noctu mutata ueste/per angiportus/& uicos, querulus conuitia regis recensendo solitus uagari/nā duces ne(instar Marci/& Galieni Cesaris cōmodi) infames humani generis hostes acclamentur. Nam Aegiptii duas leges obseruabāt: quarum una/ut singulis annis ut uixissent rationem exigi, Amasis præcepit/a/ principe suo deficiens Aegipto imperauit:qui ex sordida familia/plebeus initio regni infimus esset, ita occurrit/peluim auream/uentrem/pedesq; regū soli tam expurgare/ in Idolū auratum cōflauit, quod cū in edicto loco expositū esset/a/cunctisq; adoraretur/concionari Amasis cepit: Peluis stercore/& regū illuuie ante abhominabilis/ dei imaginem nacta(prout cernitis)ueneratur, me quoq; quondā degenerē/ & plebeū/regali maiestate in altissimū culmen translatū colere/ & obseruare debetis, quia sic imperii decus/ & ordo exposcunt, & uos met etiā honorabitis. Hæc/& plura prudenti animo affatus/sibi Aegiptios magis conciliari cupiens/ut populis, & quemadmodū prouinciarum presides quotannis rationes redderentur, ac si qui in censura deficerent/morte plecterētur sanciuit. Et Solon apud Athenienses hanc sententiā iussit esse ratam. Romani morū/ac militie censores seuerissimos habuere, ut Prisci Catonis euo crebruit censorum animaduersio: Nam curiā maculis expiauit, & Luciū consularis dignitatis uirū/Titi Flaminii fratrem ex Senatu ignominiose mouit/cū in conuiuio scortum quoddā se in reos animaduerti intueri optare dixisset/eumq; abduci iussit/ & in conspectu ipsius trucidari mandauit. Ita Maniliū uirum clarissimū/q; astante filia uxorem osculaetur/a/Senatu quoq; abdicauit. Pompeus totiens hostiū uictor/ admotis lictoribus/ cū insignibus sui magistratus equm manu ducens/omniū letitia censores salutauit, ad quem senior ait: Interrogo te Pompee Magne / si militias omnes iuxta disciplinā militarē absoluisti? Qui ingenti uoce/Omnes inq̄/iuxta disciplinā militarē sub me ipso imperatore absolutæ sunt rñdit, ut militibus/ & plebi

decus prȩberet. Siquidem milites emeritæ militiæ/ab imperatore/ut eos/a/iuramento absolueret/expostulabāt/ut prȩconia recensentes dona/ munera/ laudes/ imunitates/ iura militaria/a/censoribus militiæ consequerentur, Equestres uero / ubi legitimo militassent tempore/foro medio equū manu ducentes / imperatorꝝ suorꝝ gestaq̃ narrātes, laudati/muneribus affecti, aut infames/& inopes/ab his mulctati remeabant/plebe ipsa spectante/plaudenteq̃. Siquidem/ut Plutarchus censuit/plebem lunȩ globo ȩquiparandā/cum nunc ingenti lucescat splendore/ nūc grisllatur/nunc uero squallet/tenebrisq̃ litescit, Aut ut æquoris undæ/quȩ nūc tranquilla aura quiescunt/paulopost urgente flatu exundant/ fluctibusq̃ maritimis extra dimissis littora. Hinc ille Cleopes impius Aegiptiorꝝ rex templa/ne Aegiptiaca plebs sacrificaret/ populosq̃ suis operibus obnoxios teneret/clausit, decennio in condendo sibi pyramide / gentem alternis uicibus attriuit: Nam pyramides ostentationis gratia in acutum protensæ/ regum sepulchra erant, & si nullus princeps/a/plebē ob impietatem discerptus / in ea mole infossus sit. Cleopes structurarꝝ inops/ȩrario exhausto/filiam(instituta mercede)iussit meretricari: Quæ/a/complexoribus/præter questum paterna lege impositum / ut & ipsa in sui memoriā pyramidem cōdiderit/patre defuncto. Clebones in populum/in plebem/in sacerdotes/in templa/ cultumq̃ deorꝝ tam ingentia patrauit scelera/ q̃ eos reges Aegiptii nefas/abhorrētq̃ edicere. Micerinus Cleopis filius pius inq̃/his extinctis imperauit. Hic plebi acceptus/in cunctis splendidus & diis gratus/ actaq̃/ & errata superiorꝝ detestatus / omne facinus aboleuit/tum templa recludi/cœlestibusq̃ sacrificari/sacerdotes uenerari/labores/uectigalia/exactiones inminui iussit. Huic/nisi ad septimū usq̃ annū uitam superesse uates prædixere, oraculisq̃ obiecit/qui patrem/patruūq̃ hominū/prouinciarꝝ/templorꝝ/ & super contemptores tam longo uixisse æuo / se ipsum aūt bonorꝝ omniū autorem/tam cito expiraturū. Numa Romulo/tyrannidis principis/ciuiū prece/ numinū auspicio flexus successit/ plebem Romanam belli/ & rapinarum auiditatem/ in cultum deorꝝ conuertens/

quæq; sordide deprauatā sanctitate/iustitia/relligione expurgauit Romulus plebis tantum amicitiæ letus / bello semper implicitus/ a/ patribus est obtruncatus callidissima coniuratione / & ne plebs ulcisseretur turbine raptum/atq; inter deos relatum teste suborna/to efferatos/ ac corrupto cōmenti fuere : Nam Numa imperii suc/cessor comitate/ ocio/ pace/ relligione/ consilio/ sanctionibus excelsa consolidauit. Nulli inquā iniuriis intus/forisq; ab hoste/& ab insi/diosa plebe/ac ciue tutus insidiarum inmunis nulla cohorte/nullo stipatus milite/quo ad uixit. Nō sicut Dionisius Syracusanus/quē militum cohortes hinc inde circum uallabant/ut illud adagiū Pla tonis facete effatum : Quid sceleris Dionisius peregit/ut suo milite ad carcerem deducatur ? Eruebat equidē ob sui impietatem plebis aliquando iram iustam ultionem. Sed Numa sacrificiis intentus Romam/Italiamq; omnem institutis/moribusq; almis exornauit, cum in relligione/quāuis ficta/simulataq; pontifices/magistratus/ uestales diuinū ignem perpetuo seruantes Salios fetiales/ & alios ritus constituisset/quorum imperio nullus magistratus/aut impe/rator pro iniuriis arma in externos(ipsis ferialibus annuentibus) intulisset, priscosq; sacerdotes(ut Liuius inquit)Numam Pompi/lium cum flamines/& uestales instituisset/stipendiaq; eis de publi co statuisset. Qd quidem alios sacrorum omnes templorumq; extructo/res imitatos fuisse nullus ambigit, alioquin amplissimi ciues Ro/mani nusq̄ ad sacerdotium conuolare studuissent/ aut pro ipsis sa/cerdotiis tantopere contendissent/ ipsisq; ministerio priscæ relligio nis deputatos quinq; generibus prouentum uictitare soliti / primi sacerdotiorum opulentiam nuncupabant / quæ nunc cōmunia serui/cia/uel annatas uocant/apud eos sacerdotia appellabantur, & hæc inferiores sacerdotes Pontifici maximo cum ad sacerdotia promo/uebantur(quæ nunc beneficia dicuntur)exoluebant. Hinc Sueto nius Claudium principem eodem die pro introitu noui sacerdotis sextertium octogies Pontifici maximo impendere coactum. Eratq; genus aliud sacerdotii/quod gentilitium appellabant, quod/a/no/bis iurispatronatus beneficiū dicitur. Vnde Liuius : Gens potitia

inquit/cuius ad aram Herculis familiare sacerdotium erat. Et Cicero in legibus: Hæc si una sententia semper ut conseruentur / & deinceps familiis prodantur / & perpetua sint sacra, unde paterfamilias morte sacrorum memoria occidere / & esse ea adiuncta / ad quos eiusdem morte pecunia uenerit. Et de auruspicum responsis Multi sunt (inquit) & in hoc ordine / qui gentilitia sacrificia illo ipso in sacello statuto anniuersarii factitarunt. Et Cornelius Tacitus de Othone acta recens ab exilio reuersus adulescentes auitis / & paternis sacerdotiis in solatium reposuit. Idemq́; de Vitellio: Extructisq́; (inquit) in campo Martio aris / inferias Neroni incessit cęsæ publicæ uictimæ / coronataq́; facem Augustalem subderem quod sacerdotium, ut Romulus Tarco regi / ita Cæsar Tyberius Iuliæ gentis sacrauit. Sic de Cæsare Suetonius decimoseptimo ætatis flamen Dialis designatus / a / Lucio Sylla sacerdotio mutatus. Et Liuius cum Fabium Maximū filium in locum patris mortui Pontificem creatum dixisset / duo ipsi sacerdotia habuisse. Erat aliud genus stipes dictum / quod nostri oblationes / siue elemosinas uocant. Vnde Cicero in legibus: Præter Ideæ matrisfamilias / eosq́; iustis diebus in ęquis stipem cogito. Et pro Cluentio: Martiales quidam latini appellabātur ministri publici Martis / atq́; eis dos assignata ueteribus institutis / relligionibusq́; Latinorum consecrati: quorū cum satis magnus numerus esset / cumq́; item in Sicilia permulti Venerei sint. Et Aelius Spartianus Hadriano imperatori (inquit) in numero deorū relatos flamines / & sodales statuisse / & idem clypeum Hadriano magnificentissimū posuit / & sacerdotes instituit / puellas alimentarias / in Faustinæ honorem Faustinianas cōstituit meruit flamines / & cucenses templum / & sodales Antonianos Faustinæ uxori in Tauri montis radicibus puellas Faustinianas instituit. Dati sodales / & satellites / & flamines ipsi mortuo. Sodales autem fuere / quales nunc societates / & confraternitates sunt. Satellites / quales Hierosolimitani milites / & diui Iacobi. Hinc Suetonius de Galba ob res in Aphrica gestas / & in Germania / ornamēta triumphalia accępit / & sacerdotium / idest / quod nunc beneficiū

nuncupatur. Triplex tamen inter quindecim uiros inter Augusta les/ & Sodales coaptatus. Et Cicero de legibus: Stipem substuli mus/nisi tanq̃ apud paucos dies propriam deæ matris excępimus. Implet eni aios supstitionis/& exhausit domos. In multisq; per Ita liam extant marmoreis sepulchris in scripto annotatis in epulum est inscriptio/Diis manibus, Flauię Quintæ filiæ Salutari coniugi carissimæ/ Lucius Publicius Italicus decuriæ ornamentum sibi ui uens posuit/& collegio Fabrũ militię Rauennatis sextertia trigin ta dedit / ex quo reditu quotannis decurionibus collegii Fabrum militiæ Rauennatis in æde Neptunni/ quam ipse extruxerat/ die Neptũnaliorum præsentibus sportulæ nummi bini diuiderentur/ & decurionibus uigintiocto centeni quinquaginta quotannis da rentur/ut ex ea summa(sicuti sunt soliti)archam publicorum Fla uiani/& Italici filiorum/& archam/in qua posita est Flauia Saluta ris uxor eius / rosis exornent de nũmis uigintiquinq;/ sacrificentq; e/trigintaduobus, & de reliquis ibi epulentur. Ob quam liberali tatem collegium Fabrum militiæ Rauennatis inter benemeritos quotannis rosas supra se/& Flauiam Salutarem uxorem eius mit tendas ex trigintaquinq;/ sacrificiumq; faciendum de uigintiduo bus similibus erant. Præterea uiri epulonũ septem/qui de relictis ad pios usus uitã ducebant/ ut Episcopi christianæ relligionis nũc peragunt. Erat & quintum sacerdotii genus/ cui damnatorum bo na adiiciebantur/ ut in Ciceronis uita / & plerisq; suis orationibus liquet. Sic nunc fieri apud christianam relligionem conspicimus/ ut apud illos priscos/ quod quidem rite peractum fuisse/ubi ea nõ falsis/& simulatis diis, sed deo optimo maximo consecrassent om nia, tamen in deitatẽ referebant/ipsa lege naturæ ducti/ iureq; gen tium/quo utebãtur mortales omnes/ita nõnulli pręclarissimi scrip tores scriptum reliquere, quod etiam Pauli autoritate comprobare queunt, Sed ut censeo orthodoxæ fidei inhærendũ fore: Nam est inquã ipsa diuina lex profecto/a/ natura mortalibus insita/ perne cessaria tamen/ut sine ipsa in cœtu uiuere/quidue ad publicum bo num conferat agnoscere nequeãt, uel si noscant/id semper nequaq̃

uelint ut possint/eo q ad priuatam cõmoditatem natura eos mor-
tales semper impellit: Nam sine legibus fluctuant omnia / omnia
titubant / & in perturbatione sunt. Diuina siquidem/& humana/
cœlestia/& terrena/animantia/& uita carentia/& quæcunq; in uni
uerso consistunt/legibus disponũtur, legibus affectiones/uires/ha
bitus/actiones/ officia numerantur, leges ad animũ pertinent/ ad
relligionem/ad mores/ad uitæ consuetudinem/ ad concordiam/ad
animi tranquillitaté/ad bene beateq; uiuendi rationem. Ipsæ inq̃
benemerentibus præmia elargiuntur/ beneficia/ magistratus, de-
merentibus multas castigationes/ correctiones / exilia/ depressio-
nes impendunt, eos tanq̃ putrida membra reipublicæ adurere/ab-
scindere/amputare/ne totum corpus inficiant/ constituunt/ impe-
rantq;. Hæc inquã illa diuina lex est / quæ mortalibus pulcherri-
mas disciplinas colere edocuit / sine quibus etiam prædiuites oues
sunt(ut Dionigeni placuit)inaurati uelleris. Hæc est illa sanctissi
ma lex/quæ mortalibus fidé seruare didicit/ quod nihil pulchrius
nihil salubrius hominibus tributum esse potuit. Hinc ille M. Re-
gulus Romanus extollitur, qui ex insidiis ab hostibus captus/sub
fide postmodum remissus/Carthaginensibus ultro se exhibuit/ma
gis mallens sæuissimam/cruentissimã/ atrocissimãq; mortem oppe
tere/q̃ ab illa sanctissima fide decedere.

Finis Quinti libri.

a B EXORDIO INITIOQ: MOR/talis societatis nihil æque / difficileq; fuit hiis, qui præerant/ q̄ durioribus illis / ac solivagis uiris, qui rapto uiuere assueuerant, quiq; omnia rapientium esse arbitrabantur. Continentiam/prudentiam/pudicitiam/abstinētiam/iustitiamq; persuadere difficile (inquā) erat/ ut/a/prisco inuadendi more discederent/nouęq; uitę genere tam repente imbuerentur, cū rapina ocium/ac quietem polliceretur, uirtus autem labores / ac erumnas præ se ferret. Proinde quibusdam fabellis/ac cōmentitiis opus fuit/quibus relligionem/metumq; incuterent his/ qui iniuste agerent / & ad boni futuri spem erigerentur, qui (inquā) iuste uitam ducerent/ab alienis se abdicarent/abstinerentq;. Hoc enim consilio / institutoq; ducti prisci illi uates/ qui primi sapientes habiti fuere, quiq; de mortaliū moribus cum iucunditate quadam gratias musis cōmiscentes philosophantur/ multa scripta reliquere/ quæ posteritati/uel leuia/uel præter aliē ... opinionem uisa fuere. Hęc (inquā) cogitatio principio fortasse uagis/ac dispersis hominibus ferarum more persuasit/ut ab agresti uita discederent/& in unum locum congregarentur/regemq; sibi pręficerent fortitudine/prudentia/ atq; eloquentia præcellētem/cuius arbitria pro legibus obseruarent. Hinc Sabacus Aethiops sua numina/an alicubi imperare posset percūctatus, a/quibus postmodū responso accępto/se quinquaginta annis Aegipto imperaturum fore intellexit. Summi dei auspicio cum regnaret/omniū facillimus neminem reum necauit/ aggerū refectione / murorū reintegratione/aquarum deriuationibus/cuniculorū effossionibus/aliisq; structuris sontes sine cęde solitus torquere/e/quibus obnoxiis ingentia cōmoda in longi temporis operibus est Aegiptus consequuta. Anno postmodum quinquagesimo expleto/se quendam Sabacus admonentem conspexit/q; si tutus regnare uellet/cunctos Aegipti sacerdotes in unum contractos trucidari oporteret/ eorumq; insuper membra bifariam scindere. Rex scelus/ admonentéq; aspernatus/

tempusq; fatale iam elapsum nõ oblitus/ne per impietatem regnũ retineret/ se ad Aethiopes ultro(relicta Aegipto) ut pius rex cõtulit. Sic ille Atlas laborũ patiens/astronomiæ/plurimarũq; scientiarum cognitione præditus/latissimo expugnato imperio, cum nihil sibi amicitia gratius esset, Herculem malorũ ultorem sibi amicitia iunxit. Atlantem prisci illi argutum/laboriosum//arduisq; perfunctum indicantes eum humeris cœlestem molem substinuisse, ingentiq; postmodũ pondere lassatum/Herculi rerum gestarum gloria celeberrimo/ac numinis loco haberi solito/ onus cõmisisse effinxere, quibusdamq; sub figmentis compendiose ambos laudauere, quippe uirtute/prudentiaq; summopere imbuti fuere, cum nõ impedimentis in tuto locatis/nõ fossis/fortiq; uallo, sed prudẽtia/consilio/fortitudine/perseuerantia/uirtute/infractiq; animi magnanimitate hostes consternuntur. Alexander Parmenioni de hostibus/ deq; castrorũ amissione trepidanti respondit, contra multitudinem insolentius instrepentem speraret/ omninoq; cum sua paucitate ordines seruaret/ quoniam sic audendo uictores euaderet, & suis/ ac hostium castris pertinacia tali potirentur. Nõ sic Darius/qui assentatoribus quæq; mala ęstuantibus/q̃ amicis credere maluit, nõ sine tanti imperii exitio/ q̃uis elati animi/ in talibus tamen præceps nõ dei auspicio, sed adulatoribus facilior Alexandro exigui potentatus cessit: qui tamen anteq̃ consterneretur/castra Alexandri per quietem ignis fulgore rutilare, & Alexandrũ eo apparatu/pompa/ splendoreq;/quibus ipse rex appellatus est/aspexit: regi applaudentes ample / fausteq; ominantes huiuscemodi uisa prospera fore, at regi nihil adulantes per uisa formidandũ internitionem portendi autumarunt. Dario sumpto Persarũ imperio ensem Ancinacis Persicam in eam formã/ qua Græci utebantur imutari iussit. Chaldei Persarũ regnũ ad eos transiturũ/ quorũ arma rex esset imitatus/edissérant/qui tpe somniorũ præterita nõ obliti/firmius in Darii caput de solii amissione/ regniq;/ ausi sunt interpraetari letũ Magni Alexandri. Oĩa hęc ostenta/aliaq; signa pręcessere Alexandro(Oriente

perdomito)reuertenti Babyloniā ſibi fatalem ingredi Chaldei ue/
tuere. Rex ab irriſoribus ſecus perſuaſus/uaticiniū etiā ipſe irriſit.
Sed deinceps cū Babylonia ſacrificaret(hoſtia ſine corde compta)
turbatus eſt,& eo magis/ quia leo miræ magnitudinis/a/rege ſoli/
tus ali/ calcibus aſelli animā efflauerat. Alexander cum inter hæc
monſtra pila luſiſſet/ colludentes qui regis amictus acceperant/ in
regis ſolio hominē diademate/regiaq; ſtola ornatū/tacite ſedentem
conſpiciunt, percunctatus/diu elinguis manſit,at cū crebrius ad/
ſtantes ſciſcitarentur/ ſe Dioniſium nūcupari faſſus eſt. Qui cum
in uinculis nō paruo tempore manſiſſet,a/Serapi compedibus ex/
emptus/cū diademate/& ſtola iuſſus eſt tacitus ſedere/ iubentibus
aruſpicibus,malo demone eis prodente/ille/e/ueſtigio interemp/
tus eſt. Inde Alexander ſpe deſtitutus/haud quiuerat/ quo animā
efflauit/ tranquille/quieteq;/ ac ſingultu etiā diſtractus morari,cū
deos/ſuoſq; ſuſpectos haberet/poſt de tot hoſtibus triumphos/tro/
pheaq; nactus.Siquidem premiū/& pœnam duo hæc/quaſi numi
na in rep.ſtatuenda eſſe/Democritus diſſeruit.Et in militari diſci/
plina priſci reges cenſuere: Neq; enī milites ſatis pœnę formidine
dicto audientes/habere niſi gloriæ/præmiiq; ſpes calcaria fortitu/
dinis adhibeat & uirtutis ſtudium ea ultro ſingulis perſcribat/qui
neq; duces/neq; impatores edocere queunt. Maximus(inq̄)animi
affectus eſt ſpes/& ad ea nōnunq̄ impellit/quæ pręter humanas ui
res eſſe uident(teſte Caietano præſule) ullaq; rōne ſuaderi poſſet.
Hac opinione ductus Simonides poeta/hūc affectū/quē oīum alii
dulciſſimū eſſe mortaliū aſſerūt/tyrānū nūcupauit/ut qui inuitos
ſępenumero trahat/& torpentes foueat/oſſitāteſq; expgefaciat.Pro
deſtq; caſtigata ſegnicies/ adiuuat laudata uirtus, ſed laudis/ glo/
rięq; pręmia longe magis mortaliū aīos excitāt.Hinc munera re in
bellica/coronęq; militares/a/ priſcis expoſitæ,quaꝶ autorē nōnulli
Vulcanū/qui apud Aegiptios regnauit/fuiſſe phibent/nā cū bellū
gereret/fortitudine pręſtantes milites corona/quā ex auro/ gēmiſq;
Indicis pegerat/alliciebat.Hāc Veneris pſuaſione Baccho dono da
tam poetæ finxere / cum ab inferis Dionem matrē incolumē redu/

xiſſet. Alii Bacchum/a/Venere in Ariadnes nuptiis dono accępiſſe aſſerunt/ cauſaſq; ſtupri in Bacchi memoriam inter ſydera Ariadnes aſtrum luceret, ut ſtrenuis uiris coronam uirtutis præmiũ eſſe conſpiceretur. Sed hoc inuento Athenienſes gloriantur / ꝙ primi de republica benemeritos illuſtres imperatores/ac duces/ oleagina corona decorauerint/ ad Palladis honorem / uirtutis/ ac ſapientiæ deæ(ut poetæ finxere)fieri uoluerunt. Ea coronatus dicitur Traſibulus/qui patriam/a/triginta tyrannis exoluerat, quem animi magnitudine/fide/ ac conſtantia Athenienſium nemo unq̃ ſuperauit. Satiſq; duxit pro meritis in patriam oleaginam coronam eſſe/cum munera ingentia/& patrię prope imperium ei deberetur. Romani uero q̃plures militares coronas inſtituere, Triumphales laureas/ quas deinde ex auro/a/populis/principibus/ imperatoribuſq; dato effecere/ aurumq; coronarium appellarũt. Aliam mirtheam/in Veneris honorem. Munus fuit oualis corona/quæ ouanti/ non triumphanti in urbe redeunti dono dabatur. Obſidionalis alia; hæc graminea fuit/ lecta eo in loco/ quo obſidio facta fuerat, ut Vegetius/ plurimiq; autores ſcripſere. Ciuica alia/ quam ciuis ciui/a/quo in prælio ſeruatus fuerat/uitæ ſalutis teſtem dono dabat. Huius meminit Cicero / cum ait: At etiam egregii milites faciunt inuiti / ut coronam dent ciuicam/& ſe ab aliquo ſeruatos eſſe fateantur/nõ ꝙ turpe ſit protectum in acie manibus hoſtium eripi, nam id niſi uiro forti accidere/& cominus pugnanti nõ poteſt: ſed beneficii onus reformidant/quod permagnum eſt alieno debere. Sic naualis/ roſtris nauiũ ornata. Sicut caſtrenſis/quæ inſigne ualli habuit/qua coronabatur/qui primus hoſtium caſtra pugnans introierat. Alia muralis corona/ qua(qui primus hoſtiles muros aſcenderat)coronabatur. Querna alia/in Martis honore/de qua Lucanus: Seruati ciuis referentem inſignia quercum, Vel quoniam cibus / uictuſq; priſcus ex glande fuit, Vnde deficiente quercui ligna cum ſecunda glande ferat ilex. Multis aliis muneribus milites afficiebantur/ donabãturq;/a/Romanis, qui ſtrenue/ac fortiter pro republica pu

grauerant/ ne uirtutis præmia deessent/ se gloria allicerentur/ qui fortitudinis exempla ostenderent: Nam torques / annuli/ bullæ / armillæ/ munera fuere militaria / etiam optio uxoris/ inter quasq; pulcherrimas uirgines præmium uirtutis apud nonnullas gentes aliquando fuit/ut apud Tapyros, qui inter Herbicas/Hyrcanosq; incolunt/ quorum fortissimus quisq; patrio instituto / quamcunq; uult ducit uxorem. Enimuero ouationis inuentores(Dionisio Halicarnaseo autore) Romanos fuisse / cum ait: Superatis Sabinis apud Retum oppidum maximo prælio/Senatus redeuntes cum uictoria consules triumphis ornauit. Menenium quidem maiore/P. uero Postumiũ minori ouatione tunc primũ(ut ait Licinius) a/Senatu inuenta pedes ingreditur, non clangentibus tubis, sed præcinentibus tybiis laurea corona tãtum ornatus/ ut Dionisius refert/ ut uero Plutarchus/& Gellius myrtea, nã laurea solis triumphantibus dabatur/non uehitur curru/nõ picta ueste induitur/neq; aureo clauo/neq; trabea/neq; sceptrum tenet, reliqua pene oĩa triumphantium habet/& sic uti in maiori triumpho centum boues mactabantur/& in minori centum oues/id exemplo Laconum fiebat. Sparthæ enim quondam centum urbibus imperabant, cognominabatur Hecatonpolis, singulis nanq; annis ab urbium numero Sparthani ciues boues centum immolabant / & id sacrificium appellabant Hecatonben. Vnde illud Pindari: Omnia centena faciebant. Et Iuuenalis: Nec deerunt/qui promittant Hecatonben. Sic Plutarchus in P. Aemilii uita/ qui Persem regem superauerat/ & septuaginta Epyrotarum urbium funditus euertit, & quinquaginta milia mortaliũ in seruitutem redegit (ut autor est Polibius) Missis uero ad res gerendas sine ullo magistratu/ triumphus non decernebatur. Ideo nec P. Scipio ob recuperatas Hispanias, nec M. Marcellus ob captas Syracusas triumphauit. Sed si quãdo per seditionem extorqueretur/ extraordinarius triumphus dicebatur/ Liuio autore. Romani uero/a/Romulo urbis conditore(ut Dionisius ait)triũphãdi morẽ habuere. Nã Romulus Ceniẽsibus uictis primitias offerre/uaria sacrificia pãgere/ triũphumq; instituit/ulti

mus ipse post triumphalem pompam quatriiugo curru uehebat/ purpurea indutus ueste/ lauroq; coronatus, equestres / pedestresq; copiæ sequebantur. Diis pro uictoria gratias agentes/patrio carmine ducemq; suum efferebant. Ciues omnes/qui intra mœnia degebant/una cum coniugibus/& liberis pro uictoria congaudentes/obuiam prodire/uinū pateris libare/ ac mensas passim ante illustriores domos sternere/dapibusq;/ac ferculis onerare/redeūtibus uictoribus festinabant. Aucto deinde imperio/Romani adeo auxerunt triumphi ordinem/ut nihil mirabilius/præstantiusue dici/excogitariq; posset(teste Plutarcho)in P. Aemilii triūpho/Iosepho/Aegisippoq; Vespasiani/Diocliciani Ammiano/aliorūq; plurimoꝝ principum triumphis ex Liuio/& pluribus aliis monumentis prçclare liquet. Sic in tropheis, nam Q. Fabius Ammianus tropheum candido marmore statuit ad Cemenum montem/ubi Isara/ & Rhodanus unū in alueum concurrunt. Eo namq; loci cū triginta milibus Romanoꝝ militum/ducenta Galloꝝ milia profligauit. Enimuero honoꝝ omniū maximus triumphus habitus est eius/inuentū nonnulli liberi patris (quem Dionisium appellant) fuisse perhibent. Hunc enim omniū primū triumphasse dicunt/cum uniuersam Indiam superasset/eiusq; currum tygres/ac lynces traxisse fabulant, & cerimoniales operationes/quæ orgia appellabantur/longo ordine præiisse; nam suis locis dispositi erāt sileni, satyri, fauni, tygres, bacchæ, leenæ, Thyæ, mymmallonides, nymphę, ac musæ omnes quæ choreas ducerent / carminaq; uariis in modulis in Bacchi honorē cōcinerent, pedestres uero/equestresq; statuæ clarissimoꝝ artificum manibus celatæ/ nō aliud militarem/ q̄ gloriam ostendunt. Hinc Diodorus Siculus antiquissimū tropheum fuisse putauit columnā in Lybia erectam ab Hercule Aegiptio memoria Gigantei belli initio/quasi mortalis generis priusq̄ ferrum/uestimentaq; inuenta essent. Vnde Heros ille clauam gestabat/ leoninaq; pelle tegebat/sicut postmodū trophea/ & arcus triūphales imperatoꝝ/ ac ducū/qbus haud tantū nomina/ inscriptionesq; illoꝝ gesta imortalitati cōmendant, uerū elegātissimę sculpturæ/pugnaꝝ faciem in-

dicant/& posteros ęmulationis studio incendunt/ antiquissimũ ui ctoriæ monumentũ apud Aegiptios obeliscus fuit(ut Ammianus refert)ut illi Thebani/quibus regum nomina incisa erant/& præclara eorum/domi/militiæq; gesta ex illis declarabantur. Non mo do ex ambitioso portarũ numero Thebas fuisse præclaras/ uerum etiam ex imperio, quod quidem usq; in Scythiam/Bactrianam/India/ Ioniamq; propagauerant(ut Strabo refert). Fuere reges/ ac imperatores/ qui ob memoriã alicuius magnæ uictoriæ/urbes con diderunt,ut Alexander in Aegipto Alexandriam, & in India plerasq; urbes insignes. Sic Octauius autę ostiũ Ambracii sinus/ ubi nauali prælio M.Antoniũ/ & Cleopatrã superauit/urbem statuit: quam/a/uictoria Nicopolim appellauit,& Actio Apollini templũ præclari operis extruxit/ludosq; consecrauit/qui Actia uocabãtur. Quippe nõ solum uiuos/qui se egregie bello gesserant premiis/honoribusq; afficiebant. Verum illos/qui fortiter occubuerant/ in numina relatos esse opinabantur/ eisq; locum in cœlo dari putabant/ ut una cum diis perenni fruerentur ęuo. Hinc Demosthenes sæpe iurabat per interemptos in Salamina/& Marathone/ quasi indigetes/ aut deos omnino esse arbitraretur / publicumq; illis sepulchrũ cõstituebatur/quod Polyandrion Græci appellant,& nominibus/ titulisq; clarissimis inscribebat/ ut perpetuæ memoriæ uiri fortes cõmendarentur,ut apud Thermopylaz angustias/in quo omnes/ qui cum Leonida pro Græciæ salute ceciderant / sepulti fuere / & quinq; colũnæ uersibus incisæ/ illoz uirtutes posteris indicabant. Sic in Marathone/ubi Milciades Persaz exercitum deleuit/ apud Plateas Mardoniũ ducem cum trecentis Persaz milibus Græcoz milites deleuerunt.Sic apud Leutram/ubi Thebanus Epaminundas Lacedœmonios superauit.Deinde in Manithea hostibus superatis ipse occubuit. Sic Philippus Macedo apud Cheroneam magno prælio Atheniensibus/Corinthiis/ ac Bœotiis Græciã subegit. Romani gentiũ/rerũq; dñi hostiũ fugam tropheis signabãt/& prope trũcis arboz fugientiũ exuuias/relictaq; arma suspẽdebãt. Proinde q̃maximas colũnas turriũ instar erigebãt / q̃bus ex sculpturis

& litteris/ ſummáq; hiſtoriæ faciem annotabunt, ut uirtutis teſti-
moniũ in æuũ ſeruarent. Nõ ab re(ut reor)poetæ effinxere uirtutẽ
deam quandam eſſe ſeueram/fronte hirta/ incompoſita coma/gra-
du/oreq; uirili/altis humeris/ ueſte cãdida inſignitam/ incolentem
in æde caſta/ ſita arduo in promontorio: Cuius comites ſunt laus/
honor/gloria/decus/uictoria/tropheum/ac triumphus. Vnde Her
culis exemplum/cum ad Pythagoream litteram perueniſſet/ ut il-
luſtri triumpho inſigniri poſſet(uoluptate exploſa) tantummodo
uirtutem amplexus eſt, cũ ſola uirtus ipſa ſit/ quæ nec ſurripi/nec
eripi/ neq; naufragio/ aut incendio amitti poteſt (ut philoſophus
aſtipulatur): quæ nec tempoꝝ perturbatione/aut ui tempeſtatum
mutatur. Hinc Cicero inquit: Amabilius eſt utpote/quę etiã/quos
nunq̃ uidimus/ubicũq; terraꝝ ſint/nos amare compellat. Hæc inq̃
eſt illa uirtus/ quæ Cloeliam inter obſides puellam Romanam/ &
Horatium Coclitem, C. Duillium (qui proximus ex nauali bello
triumphũ meruit) ſtatuis decorauit. Vnde Virgilius: Superaſq;
euadere ad auras: Hoc opus/hic labor eſt paucis/quos ęquus ama
uit: Iuppiter. Id etiam Aſcręus poeta inquit: Ita mediuſfidius eſt/
ubiq; enim quiſpiam uigilando/laborãdo ad aliquod uirtutis cul-
men peruenit tanto gaudio/tam inſigni uoluptate/tãta animi dul-
cedine captus afficitur/ut ſe nõ hominem/ ſed ſemideum eſſe arbi-
tretur. Hæc inq̃ illa uirtus eſt/quæ Socratem Athenienſem Apolli
nis oraculum ſapientiſſimũ/ Scipionem Naſicam optimum fecit.
Hæc enim illa eſt/quæ Sulpitiam Paterculi filiam/ut ſimulachrũ
Veneris, Sybillinis ex libris dedicaret/ Claudiamq; deoꝝ matrem
Cybelem, Romam induceret/ dignas haberi iuſſit. Hæc inquam
uirtus illa eſt / quæ Liciniũ Siciniſſum dentatum haſtis puri duo
de uiginti/Phaleris uigintiquinq; in torquibus/tribus & octuagin
ta armillis/centũ & ſexaginta coronis/trigintaſex ciuicis/quattuor
decim aureis/ octo muralibus / tribus obſidionalibus, una donari
peregit. Hæc inquam illa uirtus eſt/quæ Cephęum regem(utpote
fingunt) cum Caſiopea / & Andromada filia / atq; Perſeo genero,
Erictoniumq; etiam cum Chyrone/& geminos inter aſtra locauit.

Sic illa uirtus Mercurio, Quirino, Palladi, Herculi/ multisq; Cęsaribus templa extruxit. Hinc Tragicus: Nunq̃ stygias fertur ad umbras/inclita uirtus. Sic Romani templum uirtutis / honorisq; simul edicarunt. Hæc(inq̃)illa uirtus est/quæ statuas argenteas/ marmoreas/aureas/ęreas, coronasq; gẽmatas/aureas/ uallares/murales/rostratas/ciuicas/triumphales/gramineas/obsidionalesq; fieri/ac donari iussit, uexilla/ac trophea/triumphumq; ipsum ad fortitudinis/uirtutisq; gloriam adinuenit. Sic ille Cinigerus cum Darius senior/ut orbi imperauit/Græciam primo inuasit, ac ducentis milibus Persaꝶ amissis grandiorem delectum acturus retrocessit, effugiẽtes ad maris littus Cinigerus Atheniensis infestis armis insectatus est, abeũtium nauim dextra manu tenuit/quam incisam amisit. Nauim postmodũ maiori animo sinistra cõpręhendit, incisa etiam leua(cum se ambabus carere conspexit)brutoꝶ more dentibus nauem detinens/ dimicauit, qua ex re tantũ adhuc nominis possidet/ ut inter illustres milites/ & iam uita functus/ ultra laudẽ ueneretur. Sic Lucius Marsius Romanus eques, iuuenis impiger q̃ ipsius originis / fortunaq; esset/ interfectis Scipionibus ex fuga, pręsidiisq; militibus collectis/ exercitum exesum instaurauit, ęgre coacti Martio tumultuario duci obsequentes. Sed ubi Hasdrubal Carthaginensiũ imperator/ad perdendas relliquias adcinctus pugnæ ocius signũ dari iussit animo confracti hostium multitudine se pusillos esse / & duces iam amissos, sub quibus optimo auspicio pugnauerant, non obliti trepidare/ flere/capita/pectora percutere/ comas euellere/manus in cœlum attollẽtes supbos incusare/ humi consternati lamentari/ pręstantiam defunctoꝶ in cœlum extollere cępere. Cũq; ut effœminatim lachrimarent/nec blandius solamen capere quirent, muliebres fletus obmittentes, ipsos/ac remp. telis/ nõ lachrimis tutandam, & amissos imperatores nõ sinendos Martius concionatus est. Adsunt hostiũ turbæ/timpanaq; Martem indicantia exaudiuntur, exercitus(inq̃)noui imperatoris uirtute accensus/ ęque ut fureret armatus, hostem exhilaratum/incomptecq; inuadẽtem sauciat, sicq; referre pedem maxima cum strage Pœnos

cogit • At Martius nõ omnino se fortunæ exponens/ receptui cecinit auidos iam cędis/ reluctantes uix in castra reduxit • Carthaginenses hoc timore accidisse rati, segniter castra locarunt • At Martius concione habita/cohortesq; ex concione abeuntes, curatis/munitisq; corporibus/in quarta noctis uigilia hostiũ castra sine stationibus quasi deserta, nullo obsistente clamore/ clangoreq; ingressi, igne/ferroq; omnia perturbant, inermes/ attonitos/ & per uallum elapsos ad alias munitiones currentes insidiæ cedũt• Romani hac uictoria cruentati/ad alia castra peruolãt•Et quoniã multi lignatũ pabulatum/prędatũq; iuerant/ tentoria præsidiis exuta occupant• Primo impetu aliquantulũ cum pugnaretur / ubi scuta Quiritum sanguine Pœno uda socio℞ præsagium cladis cõspexere/ tutiorem fugam capescunt•Itaq; Martio duce/ ipsiusq; prudentia/fortitudineq; una die/nocteq;, qui cędis timore obruti erant/bina castra expugnarent / septem & triginta milibus mortaliũ ad umbras transmissis•Sic Sæua ille magnitudine animi ubiq; illustratus, nam cũ Cæsar Pompeum/a/ tot regibus, senatoribus, Romanisq; patritiis deductũ obsidione arctaret, at Sæua ubi militauit nunq̃ sine uulnere euasit, Sęuę uero clypeus cum ducentis & triginta ictibus Cęsari allatus est/ut tanti uiri gloriam conspiceret, quod uirtutis semper inter mortales argumentũ præstat•Sacrilegus/& deorum contemptor miles existimatus/ in eius cruorem, quem/e/tanto facinore sacrum censebant/tela non intorsisset•Satis(ut censeo) exaraui, q̃ unius principis/regisq; dominatu/ ac potestate resp• ipsa regenda, ac gubernanda sit•Sed fuere nõnulli illustres autores/ qui non uni principi reip•habenas cõmittendas censent•Quippe ut omnia in pessum descendant/ homines superbos/& potentia/ ac petulãtes reddit, qui initio mites/ac faciles imperio uidebãtur, iniqui admodum/impii/ac sæui euasere, populusq; sæuitiam tyranno℞ iam pertesus/ de libertate aliquãdo cogitauerit, & qualem potuerit remp• ciuilemq; societatem constituerit, si quasi regem perpetuo loquentem leges sanciuerit / magistratus ordinauerit, qui prius parendo imperare discerent • Nec(ut reor)admirandum q̃ populi/reges/ac

principes exegerint/sibiq; consuluerint, cur raro admodũ eueniat regem eo animo regnare/quo imperium suscępit. Ex tanta enim/& pene infinita imperatoꝝ serie / qui omnes imperio deteriores facti sunt, Vespasianus omniũ solus ante imperatorum in melius mutatus est/Cornelio autore. Vna nõ inscite minus ille Scurra Claudii Neronis dicere solebat / bonoꝝ principum facies in unius annuli pala facile pręscribi posse, & ut facete admodũ Flauius Syracusius meminit/qui etiam ꝙ de patre audiuisse Dioclitianũ dicere solitũ: Nihil difficilius/q̃ bene imperare/cum quattuor aulici principum aures offendant/ipsumq; decipiant, cum tenues regum aures sint, initia principatus faciliora sunt quo ad populi fauorem sibi concilient, sed postq̃ potiti rerum fuerint/sęuitia/ac libidine omnia pessundant, nullus dei metus, nulla relligio eos coherceat, & tam diu insaniunt/donec/a/populis opprimũtur. Vnde illa Iuuenalis sententia ad Generũ Cereris: Sine cęde/& uulnere pauci descendunt reges/& sicca morte tyranni. Hinc Seuerinus: Quid tantũ miseri sæuos tyrannos mirantur sine uiribus, nec speres aliquid, nec extimescas/exarmaueris impotentis iram, at quisquis trepidus pauet/ uel optat/ꝙ nõ sit stabilis/suiq; iuris abiecit clypeum/locoq; motus nectit qua ualeat trahit cathenã. Sic prudentissimus ille Idumeus Iob cunctis diebus suis inquiens: Et numerus annoꝝ incertus est tyrannidis/eius sonitus terroris semper in auribus illius, & cũ pax sit illi/semper insidias suspicatur, nõ credit ꝙ reuerti possit de tenebris ad lucem/circũspectans undiq; gladiũ cum se mouerit ad quęrendum panem, nouit ꝙ paratus sit in manu eius tenebraꝝ dies, terrebit eum tribulatio/& angustia uallabit eum. Vnde Socrates: Tyrannũ bene mori nõ facile, ut Iuuenalis: Sed quid uiolentius aure tyranni/cum quo de pluuiis/aut æstibus/aut nimboso uere loquturi fatum pendebat amici, quicquid conspicuũ / pulchrũq; est æquore toto, res Phisci est ubicũq; natat. Hinc Vehius iureconsultus/illustrisq; poeta. Disce Iouem reuereri/ & iussa facessere diuũ, Magnum etiam capit ira Iouem/ memoresq; malorum, Sollicitat uindicta deos: Tum sit illacrimans/Rex alto corde latinus, Ver/

ba dabat quantos humana negotia motus: Alternasq; uices miſcent/ quo turbine fertur, Vita hominũ/o/ fragilis damnoſa ſuperbia ſceptri. O/furor/o/nimiũ dominandi innata cupido, Mortales quo cęca uehis/ quo gloria tãtis, Inflatos transfers animos quęſita periclis. Quot tecum inſidias/quot mortes/quanta malorum, Magnorum tormenta geris/ quot tęla/ quot enſes, Ante oculos ſi cernis habes/heu dulce uenenum, Et mundi letalis honos/heu triſtia regni, Munera/quæ aut paruo conſtent/& grandia rerum, Pondera/quæ nunq̃ placidam promittere pacem; Nec requiem conferre queant/heu ſortis acerbæ: Et miſere regale decus/magnoq; timori: Suppoſitos regum caſus/paciq; negatos. Nõ enim Iaſonis ſæuitia, non uirtute / ſed inſidiis Oetæ regnum triumphis/ auro/ pignoribus expilauit/in Achaiã reuerſus, & his maleficiis alios negligendo/cum nimiũ criſtas erigeret/ ad ſua probra ualuas clauſere, ſcilicet/q; Argonautæ heroes/ac ſtrenuiſſimi duces anteq̃/a/Græcia ſeceſſiſſent / adducta Medea cum Oetæ theſauris / q; prædones / ac lenones/q; nõ ita Bacchus egiſſet exprobant rediiſſent. Bacchum/ qui non uentis molliter, ſed pede/& equo/onuſtus armis Lybiæ ſolitudines ſerpentibus refertas, & Indiæ potentiam Marte/non pellicatu, non latrociniis prædomuerat/Argonautis prætulere, & Medeæ germanũ Aegialeum/ quorum inſontem apud Apſirtum amnem diſcerptum/ut rem uiris informẽ obiecere. Iaſon hos nõ mentiri conſcius, Medeam imperioſam ęque/ ac ſcelerum miniſtrã, ut ſe expiaret eliminauit, & ea lubentius cum Græci audita Pelei iactura/Iaſonem dum Medeæ ſociaretur/nunq̃/a/proditionibus uacaret promulgarent. Siquidem(ut Cicero diſſeruit)inuita tyrannorum nulla fides, nulla nobis eſt ſocietas cum tyrannis, neq; contra naturam eſt/ ſpoliare eum(ſi potes)quem etiam honeſtũ eſt necare: quod etiam diuo Aquinati placuit. Sed(ut arbitror) potius a/republica expellendus eſt/q̃ morti opponendus, & ita plurimorũ illuſtrium theologorum præclara extat ſententia. Hinc Tragicus: Quod ciuibus tenetur inuitis/ ſcias ſtrictus tuetur enſis, Sollicito bibunt auro ſuperbi/quam iuuat nuda manu captaſſe frontem. Et

idem alibi: Iniqua nunq̃ imperia retinentur diu/uiolenta nemo imperia cõtinui diu/moderata durant. Hinc apud Romanos Tarquinius regum omnium postremus/cui cognomen erat Superbus ex moribus datum, hic regnum auitum, quod/a/Seruio tenebatur rapere maluit/q̃ expectare, inmissisq; in eum percussoribus/scelere partam potestatem non melius egit/q̃ acquisiuerat, Liuio/Lucioq; autoribus. Nec abhorrebat moribus uxor Tullia/ut uirum regem salutaret/ super cruentũ patrem uecta carpento cõsternatos equos egit. Sed ipse in Senatum cędibus in omni superbia(quæ crudelitati grauior est)bonos grassatus. Cum sæuitiam iam domi fatigasset/tandem in hostes conuersus est, sic ualida oppida in Latio capta sunt/Ardea, Otriculum, Suessa, Pometia. Tunc quoq; cruentus in suos, neq; enim filiũ uerberare dubitauit, ut simulanti transfugam apud hostes hinc fides esset: cui Gabiis recepto per nuncios consulenti / quid fieri uellet/ eminentia forte papauerũ capita uirgula excutiens/ cum per hoc interficiendos esse principes intelligi uellet, quæ superbia sic respondit. Sed tam diu superbiã regis Romanus perpessus est donec aberat libido/ hãc ex liberis eius importunitatem tollerare non potuit: Quorum cum alter Lucretiæ ornatissimæ fœminæ stuprum intulisset / matrona dedecus ferro expiauit, imperiũ tum regibus abrogatum. Sic Romulus urbis conditor cum repentem concionem haberet/ante urbem apud Capreę paludem/a/ conspectu ablatus est/a/Senatu, discerptũ ob asperius ingenium. Vnde Cicero in tyrannũ: Atq;(inquiens)hoc genus pestiferũ/& impium ab hominũ cõmunitate exterminandũ. Etenim ut membra quædam amputantur/si & ipsa sanguine/& tanq̃ spiritu carere cęperunt/ & ne noceat reliquis corporis partibus, sic ista in hominis figura feritas/& immanitas bellue/a/cõmunitate/tanq̃ ab unitate corporis segreganda est. Hinc Tragicus: Victima haud ulla amplior potest / magisq; optima mactari Ioui / q̃ rex iniquus. Sed(ut dixi)explodendum magis/q̃ cędendum esse arbitror ab optima rep. Et alibi Tragicus: Periculosius est timeri/q̃ despici, Necesse est ut multos timeat/quem multi timent. An Xerses tot natio

num/tot regum/totq; prouinciarum/ac legionũ imperator in pace elatus,tumidusq; in periculis/& in bella/in armisq; segnitiei/torpi tudiniq; deditus, magnanimitati paucorũ Græcorum succubuit, thesaurorũ magnitudine mari pontes extruens/ montes in insulas (ut uelificaret)redigens/ Græcoꝝ exercitum(exiguum tamen)est aggressus,alas/impedimenta/cõmeatum regis nõnulli admirãtes, Iouem sub Xersis imagine uelle cum omnibus decertare disserue runt arrogantia regis/multitudoq; militũ/ac tanti exercitus osten tatio nihil contulere • Ipse Xerses tam ex ingenti exercitu/tum Iu piter creditus/a/paucissimis Achiuis superatus/uili cymba/paucis comitantibus/in Asiam(quod nihil fuit turpius) fugam capescit, imperio abrogatus/uitaq; priuatus fuit•Sic Darium iuniorem Ale xander exiguis cohortibus stupendi exercitus restauratorem/a/re gno/uitaq; submouit: cuius duces/ac milites cum Persas numero/ tanq̃ formicas superantes occidere(ne in prælio deficerent)formi darent,clangore tubarum audito,successu pugnæ indurati/ plura etiam milia eadem uirtute sine anhelitu/sine labore/ una cum Da rio confecere•Hinc Thales Milesius/qui omnium primus sapiens appellatus est/quid nam in omni uita difficillimũ conspexisset/cũ sciscitaretur: Tyrannũ(inquit)senem•Nec mediussidius iniuria• Nulla enim imperia difficilius exercentur/q̃ in homines,ut Xeno phon disseruit•Nullum siquidem animal aliud in pastorem suum seditiosum est/ut parere nolit/ fructusue abneget/ præter hominẽ, qui infensus semper eis/qui sibi pręesse/ aut imperare quęrunt,in sidias meditatur,nouisq; rebus studet•Sic in Pysistrato/qui autem fuerit,Solon ad Athenienses litteris edocuit/inquiẽs: nequaq̃ deo accęptũ esse/q; per eoꝝ uecordiam dira imperia tollerarent,pigno raq; dedissent/ut duram seruitutẽ paterentur•Siquidem recte age rent/si tales se ciuibus pręberent/quales sibi deos esse uolũt• Nam (ut Anneus Seneca disseruit)inexpugnabile munimentũ amor ci uiũ•Quid pulchrius/q̃ uiuere cunctis optantibus? Quis huic au deat struere aliquod periculũ,sub quo iustitia/pax/securitas/digni tas florent,sub quo opulenta ciuitas copia bonoꝝ oium habũdat? Hinc Tragicus: Regnoꝝ magis fallax fortuna bonis in præcipiti

dubioq; nimis excelso loco / nunq̃ placida sceptra quietem / alia ex aliis cura / fatigat uexatq; animos noua tẽpestas / ut præcipites regũ casus fortuna rotat / metui cupiũt / metuiq; timẽt / nõ nox illis alma recessus præbet tutos, nõ curaꝝ sonus domitor pectora soluit. Nã decet timeri principem / ac plus diligi. Hinc Cicero: Laudet̃ uero hic impator / aut etiã appelletur / aut hoc nomine dignus putetur. Quomodo / aut cui tandẽ libero imperabit / qui suis cupiditatibus imperare nõ potest? Refrenet primũ cupidines / spernat uoluptates / iracundiã teneat / cohereceat auaritiã / & cæteras animi labes repellat, tum aliis incipiat imperare, cũ & ipse improbissimis dominis / dedecori / aut turpitudini parere desierit. Dum quidem his obediat / nõ modo impator / sed liber habendus erit. Nempe cũ animus noster / modo rex / modo tyrãnus existat (Anneo autore) cum honesta intuetur / salutem cõmissi corpis curat / & nihil illi imperat turpe / nihil sordidũ. Vbi uero corpus impotens / & delicatũ / transit in nomen detestabile / & fit tyrannus. Quippe cũ natura ipsa semp ad malũ prona / pro sensu uoluptatibus / quibus negotium cõmune habemus cũ brutis, si perperã peragendi mortales in rege iter amplũ conspiciũt / ad tanti sceleris imitationẽ & nõ tantũ accedũt / sed euolant / superãtq; hinc ambitiones / furta / adulteria / tyrãnides incestus corruptiones / relligionis cõtemptus / reip. pmutatio / iacturaq; sæuitiæ / tormẽta / uirtutis aut amplexio, & si pdifficilis censeat̃ / tñ ad rationẽ ipsam cõspiciamus, nulla magis suauior / dulciorq; / qua nõ tã tum opus laudamus / sed etiã eius autorẽ amplectimur. Hinc illud Anthistenis: Hismeniã optimũ fuisse tybicinem nequaq̃ hominem differẽtis / nã si bonus foret / nõ utiq; tybicen deesset. Nemo unq̃ admiratus Iouẽ / aut Iunonẽ / Policletus / aut Phidias fieri exoptauit. sed cũ uirtus per se iucũda sit / dignaq; omni dilectione / sed in rege magis atq; magis cõmendat̃ / cũ nil pulchrũ / nil diuinũ / aut probũ ea explosa / fieri / excogitariq; potest. Qd si tyrãni illi ea calluissent, Dionisii senior / & iunior nunq̃ ad tantã pernitiem / dedecusq; regalis maiestatis peruenissent. Nullũ / e / priscis regibus Dionisio antiquiori formidabilius / anxiusue uixisse legimus, utpote / qui præ timore repentina neci barbam non radere / sed urere solitus. Nec

filii/ nec fratris / nec proximorum, nisi per stationarios exploratis uestibus ad cubiculum admisisset accessum præsagis assidue uexatus, non tamen/a/ cęde euasit sortis infortunio/ & bellis conflictus suorum insidiis est exanimatus. Dionisius iunior nulla in re patre clemētior/ob ius fratres/& affines(ut regni æmulos)interfecit. Cęde suorū expleta/in regno firmior/ in ciues est etiam grassatus. Eo indies contumacius agente/a/Syracusanis ob funestationes tumultuantibus expellitur, exulem/& uagum Locrenses socii in Italiam recipiunt, receptus arcem(ac si iure auito regnasset)hospitum insidiis occupat, coniuges / uirginesq; ante nuptias / uel in ipso apparatu stuprat/ ut facilius opes inuaderet, necatis diuitibus illorum nudas puellas in conuiuiis caperet/ coegit columbas euolantes uirgines ad uota in templo Veneris persoluenda/ ornatus suorum/ & ciuitatis contractas(per militem prius attentata pudicitia)spoliauit. Sex annis cū sic turpiter regnasset/ seditione Syracusanorum accersitus/cum antiquiori filio(uxore/& duabus filiabus relictis)Syracusas applicuit. Locrenses facinorum ultores/ præsidio Dionisii necato/uxorem/filiasq;/& natum in custodiam trudūt, nullo precio, nullis precibus(q̄uis Tarentini pro redemptione instarent/ & uastatis agris obsidione illos pręmerēt)captiuos haud dimisere, in ultionem natarum/Dionisii filias pollutas/passimq; distractas/stupro subiecere, quas iugulatas/igneq; crematas/illarumq; ossa contrita in mari(cū nihil amplius ad iniuriam superesset)deiecerunt. Proinde nec dissimilis iunioris Dionisii paterni exitus extitit. Saneq; si dii placabiles/& ęqui, delicta principum non statim fulminibus prosequūtur/ quanto æquius est mortale mortali imperium miti exequi animo, cū/ut inquit Tragicus: Qui uult regnare/languida regnet manu/cum fortuna altius euexit/ac leuauit opes, hoc se magis supprimere felicem decet/uariosq; casus tremere, cum(ut inquit Cicero)ad uulgi opinionem/ quæ maior utilitas/q̄ regnandi esse possit, nihil tamen inutilius eo: quod iniuste consequutus est inuenio. Possunt cuiq; utiles esse languores, solitudines, nocturni, diurniq; metus, uita insidiarum/periculorūq; plenissima. Et ut

inquit Aristoteles: Oportet regem deicolã esse/quia minus timent homines iniustum pati/a/principe/qui deicolam ipsum putãt esse/ probosq; honorare inquiens, & ipsemet honores eis distribuere, supplicia autem per alios inferre. Sed summa in rege sapientia est/ seipsum regere/ & abstinere/a/subditoꝝ re, cũ iuste imperia sumenda sint(ut inquit Cicero)Cupiditatibus principum/ & uitiis infici solet tota ciuitas, sic emendari/& corrigi continentia, cum rex(Aristotele autore) ad suos conciues ita se gerere debet / sicut pastor ad oues, alś tyrannus/nõ rex cognominandus est. Frausq; sublimi regnat in aula/ut Tragicus inquit. Et alibi: Quisq̃ ne regno gaudet/ o/fallax bonum quantum maloꝝ fronte q̃blanda regis. Solonis illudq; amplectatur/cum ait: Viuendum esse ne quid nimis: Nam q̃uis cuiq; rei modus adhibendus sit/ tamen magis nimiũ offendit q̃ parum. Qua in re prisci autores Apellem extollunt/ quia decorũ optime seruauit. Et pictores illos redarguũt/qui non agnoscerent, quid satis esset, at qui Phidias Atheniensis, qui Olympii Iouis simulachrum ex ebore peregit: Cuius pulchritudinem prisci illi mirum in modum admirati fuere, in hoc tantũmodo aberrasse perhibent/q dimensionis rationem nõ recte seruauerit: Nam cum sederet simulachrum tantæ magnitudinis erat/ut templi culmen attingere uideretur; quod si erigeretur/staretq;, templi fastigia omnino eiicienda fuissent. Quippe regiam maiestatem nõ sæuitia cum bellum sit/sed clementia decet: quæ in quascũq; peruenerit ædes/ felices eas/& tranquillas parabit. Sed in principe quod rarior/eo mirabilior, Magni enim animi propriũ est/tranquillum esse/iniurias superando despicere. Furere fœmineũ est/ita nõ decet principem. Vnde illud Tragici: hoc reges habent magnificũ/& ingens, nulla quod rapit dies prodesse miseris/supplices fido dare/ protegere, cũ grauis regum ira semper sit/nec socium ferre/nec tędæ sciũt. Hinc Cicero: Qui reip. profuturi sunt/duo Platonis præcepta teneant. Vnũ est/ ut utilitatẽ ciuiũ sic tueantur/ ut quæcũq; agunt/ad eam referãt/obliti cõmodoꝝ suoꝝ. Alterũ/ut totũ reip. corpus/nedũ ptẽ aliquã tueant/reliquas deserant/ne in illud Tragicũ incidant: Tu

quicunq́ es / qui sceptra tenes, licet omne tua uulgus in aula centum pariter limina pulset / cum tot populis stipatus, eas uix una fides / nõ duces sæuos miseranda tellus habeat. Sane nemo est / quem deceat maiora / meliora / ac plura ad regem ipsum / cuius disciplina moresq́ pulcherrimi, prudentia, ac sapientia omni prodesse reipublicæ condecet. Nec res ipsæ / Dragonis more, qui Atheniensibus leges tradidit / quæ sanguinem scatere uidebantur / in sontes insæuire debet. Sed Cecropis / & Solonis leges amplectatur, quæ mitissimæ fuere, & / a / Grecis nunq̃ exprosæ. Siquidem Romani / aut passim facinorosos morte animaduertere cõsueuere / nisi in patricidas / reosq́ maiestatis / & perduelliones / & similes sontes / quorum uitæ neutiq́ parcendũ erat. Sed (ut censeo) pernitiosissima inualuit consuetudo / ut minimarũ etiam rerũ fines morte plectantur, cũ prisci famosos latrones / crassatoresq́ furcha pingendos, ut Calistrato iureconsulto placuit. Nam uera est Tragicis sententia inquientis: Quod quisq́ fecit patitur autorem scelus / Repetit. Suoq́ premitur exemplo nocens. Vidi cruentos carcere includi duces, Et impotẽs terga plebeia manu / Scindi tyrãni. Quisquis est placide potens Dominusq́ uitæ seruat innocuas manus, Et incruentũ mitis imperium regit, Animæ parcit / longa permensus diu, Felicis æui spatia uel cœlũ petit, Vel læta felix nemoris Aelisii loca, Iudex futurus sanguine humano abstine, Quicũq́ regnas / scelera taxãtur modo, Maiore nostra. Am. certus inclusos tenet, Locus nocẽtes ? utq́ fert fama impios, Supplicia uinclis sæua perpetuis domãt. Hinc illud Iustiniani Cæsaris: Nam ita credimus (inquit) dei beneuolẽtiã / & circa genus humanũ nimiã clementiam / quantũ nostræ naturæ possibile est imitari / qui quottidianis hominũ peccatis semp ignoscere dignatur / & pœnitentiam suscipere nostram / & ad meliorem statum deducere.

Finis Sexti libri.

SEPTIMUS

a EGYPTIORVM REX PTOLO-
meus/cũ reges sui antecessores longe maiorem glo-
riam bonarum artium/ disciplinarũq; illuxissent/q̃
rei bellicæ, proinde omnes studio sapientiæ mira
quadam diligentia incumbebant, nec quispiam se
satis digne imperare posse arbitrabatur/qui non præter cæteros in aliqua doctrina excelleret, & illi operam suã nauaret. Ptolomeus ipse hoc incitatus studio/ illam pulcherrimã Alexandriæ comparauit bibliothecam/ut sapientiæ seminariũ posteris propagaret musis/& Apollini ludos dicauit, poetis/ac oratoribus ueluti in Athleticis certaminibus summos honores/ muneraq; constituit, ut diligentius litteris operam incũberent. Sic pleriq; ex Romanorũ Cęsaribus tãto instinctu litterarũ studium/fauoreq; prosequuti fuere/ut nõ minus ad numinis prouidentiã existimassent pertinere bene dicendi/q̃ recte faciendi disciplinã, & pro diuina intelligẽtia mentis ęternæ percenserent. Siquidem mortalibus exploratissimũ sit philosophantiũ illud/Aristotelisq;: Hominẽ ipsum ad intelligendum atq; agendũ ortum esse. Quid(inq̃)intelligere/q̃ studiorũ diuinorũ pręcipue callere, disciplinã/doctrinãq; quid aliud cẽsent/ q̃ iustitiã adamare/& colere/quæ docet rectã honestã prosequi/beneq; uiuendi normã. Quid(inq̃)agere? q̃ animi uirtutes etiã posteris profuturas. Hinc Cicero: Vt mors terribilis his/quorũ cũ uita omnia extinguũtur, nõ aũt his/ quorũ ob excellentem ingenii uirtutem laus extingui nõ potest. Vera siquidem Platonis sñia/Ciceronisq;: Honos alit artes/hominesq; impellit. Quippe cum natura mortales ipsi segnes ad laborem/pigriq; sint, ad luxuriem/ad illecebras/ad libidinem/uoluptatẽq; procliui, diuino quodã munere peractũ(ut censeo)extitit/ ut per laudis glorię auiditatẽ/ad uirtutis exercitationẽ traherent/ut post certamina tã longo amfractu peracta/perennem palmã/dignitatũq; culmina assequerẽt/ iustitiæq; ministri esse mererent/quã oĩum mortales maxime aspiciũt/colũt/reuerẽt/utpote q̃ fideli humanę uitę comite impia/regna/populi/ciuitatesq; regũt ita ut si/e/medio tollat, nequeat hoĩm cœtus subsistere. Hinc illud

Euripidis/q; ne Hesperus quidē fuerit splendidior,& Cœlius fontem appellauit, Cicero reginam/omniūq; rerum dominā,Aristoteles uirtutum clarissimā. Sic illud priscorū adagiū: Omnia sinu suo concludit,fouet,amplectitur,ac suis deniq; alis adumbrat. Vnde Agesilaus Sparthanorū rex: Nihil(inquit) fortitudine indigemus/si iusti omnes sumus. Probe(inq̄)honesti lux/flos indelibatus/ac mater/genitrixq;,quin & orbis delitiæ nūcupatur. Ipsa equidem(Cicerone autore)sola reddit hominem cęteris se admirabilem,ac laude dignū. Sic prisci de Papiniano edixere/q; morū ob iustitiæ amplitudinem institutorū ara esset, quin & ęqui/ boniq; culmen/uertex/caputq;, sanctiorisq; iustitiæ/ interiorisq; consilii sacrarium/ac omniū deniq; magistratuū antistes, cui ædes/uel ut publica quædam iustitiæ officina, ut Scipioni quondam Nasicæ/suo æuo iure consultissimo ex publico constituta esset/quo consuli posset. Litteras omniū fundamenta esse uirtutū/utpote continentia, modestia uigilantia,patientia, magistra: quæ uniuersa cum in consuetudinem/teneraq; ætate uenerunt/ omnia deinceps officia uitæ ad ipsa quæ diuersissima uidentur,militię,atq; castrorum numina conualescūt. Hinc Paccius ille apud Plutarchū: Sępe quoq;(inquiens) te audire meministi/ nec articulariū morbum calceo/quis preciosо leuari,nec annulo reduuiam,nec capitis dolorem sedari diademate. Quis enim tandem pecuniarū usus/ad euitandam animi ęgritudinem/aut ad uitam placide/ secureq; transigendā? Quis aut gloriæ/aut inter aulicos eminentiæ, nisi quibus hæc habere contigit, ipsi scite his/quæ habuerint uti norint,rursusq; cum caruerint/eorum desiderium ferre. Hoc autem quid est aliud/q̄ ratio assuetę/& premeditatę animæ rationis expers. Quippe(Censorino autore) Munera ex auro/uel quæ ex argēto nitentur cęlato opere/ nōnunq̄ materia cariora,cæteraq; hoc genus blandimēto fortunæ inhiant, hi/qui uulgo diuites uocātur. Sed qui uirtutis operam nauant/sapientiam/ disciplinamq; amplectuntur,hi ueri diuites nuncupādi sunt. Siquidem bona illa in lubrico sita esse,& proinde sunt/ut illius est animus/qui ea possidet(Comico astipulante)qui uti scit ea

ei bona, illi qui nõ utitur bene/mala igitur. Quoniã quiſq; nõ quã to plura poſſidet/ſed quanto potiora optat/tanto eſt locupletior. Et ſi quid hoc ipſum nihil agere nõnullos ſæpe/a/recta animi cõſtitutione deturbauit / ut Homerus diſſeruit: Aſſidet inquit Pernix Ioue natus Achilles: Nauibus indulgẽs iræ/fugitanſq; tenaci: Propoſito pugnam procerũ/populiq; coronam, Concilia aduerſans hominum illuſtrantia nomen, Corde liqueſcit iners/rurſuſq; ſubinde requirit, Prælia ſeq; ciet/ſæui in certamina Martis. Præterea ipſe marceſſere ſe egreferens/ſtomachanter (inquit) pondus iners terræ ſedeo cuſtodia. Claſſis itaq; / ne Epycurus quidem ille uoluptatis aſſertor autor eſt/his qui, aut ambitioſi natura, aut ſunt auidi gloriæ/ut ſe ocio dedant, ſeu ad gerendam remp. natura duce accedãt. Quippe homines ad agendum natos haud/quanq̃ ęquo animo/inturbidoq; laturos/ſe ea ratione eſſe orbatos/ quã in primis concupiuerint/ q̃ ille (ut inquit Plutarchus) ineptus, qui ad remp. ſciſcat eos/qui ſibi ab ea temperare nequeant, ut non eos/qui gerendæ rei publicæ facultatem habeãt, neq; uero multitudine/paucitateq; negocioꝝ ſecuritatem animi/anxietatemq; metiri conuenit. Honeſta enim omittere/nõ minus q̃ turpia agere moleſtum eſt. Sic illi priſci/q̃uis gentiles/ alimenta/patriam/lucem/ſe deniq; ipſos deoꝝ dono habebant (Cenſorino autore) Ex omnibus (inquiens) aliqd deo ſacrabant/magis adeo ſe gratos approbarẽt/q̃q; deos illos fictos arbitrarentur. Hoc indigere itaq; cũ percęperant, fructus anteq̃ ueſcerentur/deos libare inſtituerant. Et cum agros/atq; urbes deorum munere poſſiderent, partem quandã templis/ſacelliſq; ubi eos colerent, dicauere: qui etiam pro cætera bona corpis ualitudine crines deo ſacrum paſcebant. Et illi priſci ſcriptores, qui præclara aliqua annotaſſent/eminentiori/& clariori cuipiam deo ſimulato/aut cuipiam principi, aut uiro illa offerre/atq; dicare, tum ſibi ipſoꝝ animos gratificandi/conciliandiq; gratia, tum ut Græcoꝝ/aut Romanoꝝ morem immortalem principem in deos transferre liceret, quæ etiam eoꝝ monumenta honeſtius in publicum exirent/& cum nouitatis gratiã autoritatem quoq; apud lectorem haberent. Sic Vir-

gilium Octauio, Valerium Tyberio, Lucanum Neroni, Plinium Vespasiano, Statium Domitiano sua monumenta sacrasse comperimus. Hi enim non minus litteris/q̃ armis/atq; militiæ oblectati, res quoq; imperii propagarunt, auitumq; regnũ afflictum seditionibus/intestinisq; bellis sapientia/diuinis/atq; humanis litteris pacatum reddidere, cum & liberalibus artibus/philosophiaq;/ac legibus florerent, quæ plus certe conferunt principi (teste Vegetio) ad obtinendam uictoriã/q̃ militum robur/aut strenue pugnantiũ industriæ. Sic Alexander Aristotelẽ imitatus, Traianus Plutarchũ, Claudius Lucium Senecam/magis uirtutibus nixi fuere/q̃ diuitiis ipsis. Quippe/Cebete Thebano autore/cũ inquit: Ad bene uiuendũ nihil prosunt diuitiæ. Improbę enĩ sunt/disciplinæ probæ: quæ probos/ac studiosos efficiunt. Nõ enim bonæ sunt ipsæ diuitiæ/ad meliores efficiendos possessores suos nihil adiuuãt, Quomodo (inquiens) bonũ esse id aliquis iudicabit/quod plerũq; non possidere satius est. Sane si quis recte/ac prudenter diuitiis uti nouerit, bene ac feliciter uiuet. Si secus/male/ac infeliciter. Siquidẽ summa insipientia totius est rei, dum hæc/ aut tanq̃ bona expetũtur/aut tanq̃ mala despiciuntur. Neq; aliud est (inq̃) quod ęque mortalibus/aut perturbationẽ/aut tormentũ afferat/q̃ cum honoribus afficiuntur/ & in diuitiis tantũmodo felicitatem consistere arbitrantur. Consequenterq; nullum (eaϟ rerum gratia) q̃uis impium/& flagitiosum facinus esse recusandum autumant. Hæc uero propter ipsam ueri boni ignorantiam patiuntur. Illud enim ignorant bonũ ex malo fieri nequaq̃, multos autem uidere licet in diuitiaϟ possessionem ex pessimis/ac turpissimis facinoribus deuenisse/ueluti proditionibus/deprędationibus/homicidiis/calumniis/rapinis/ & aliis q̃pluribus/& prauis operibus. Nec quidẽ sapientia/& iustitia malis ex operibus nancisci potest. Nec itidem iniustitia/& insipientia ex bonis. Sane ipsa insimul consistere nequeũt, diuitias uero/& gloriam & uictorias/& reliqua id genus multa cũ prauitate cuiq̃ cõtingere nihil prohibet, qua de re/neq; bona/ neq; mala censeãtur, sed in sapientia dũtaxat bonũ, insipientia uero malũ. Siquidem optimam

remp. illam esse censeo/qua tranquillã uitam ciues ducere queant/ & ea omnia agere possint, quæ ad felicitatem dirigũt. Erit(inq̃)ciuili uiro uirtutis cognitio pernecessaria/quam quidem studium sapientiæ mortalibus pollicet. Huius enim partem prosequamur, quæ de moribus/& uita est inuenta. Hinc Socrates ait/Parum sibi uideri naturæ secreta speculari/ & uitæ nostrę rationem negligere. Quid(inq̃)prodest abdita quędã rimari/& sydera/ac stellas animo metiri? si nosipsos ignoramus/rationemq; ipsam, quæ animũ dirigit quo/a/mutis discernimur negligimus. Quid(inq̃)turpius? q̃ uirũ doctissimũ conspicere libidine inflammatũ/furentẽ ira/ omnia rapide appetentẽ/inexplebili cupiditate incensum, adeo/ut quo magis affluit/magis egere uideatur. Solum(inq̃)sapiẽtem beatũ esse, uirtutem solam satis esse ad bene/ beateq; uiuendũ/ Zenone teste. Hæc(inq̃)arma subministrat, quæ ciuem optimum in rep. fortem præstabũt: qui nec pericula adire/ nec mortem pro patria oppetere hæsitabit, ut Aphricani/ Marcelli/ Pauli/ Decii extitere, & alii omnes/ qui pro eoꝶ rep. forti animo bella suscępere. Hinc orta est uox illa Leonidæ, qui apud Thermopylas pugnans parua manu contra Persaꝶ ingentem exercitũ/uictor occubuit: Quem suo sanguine(cũ animã exhalaret) in lapidibus ita scripsisse cõmemorat poeta: Dic hospes Sparthæ nos te hic uidisse iacentes, Dũ sanctis patriæ legibus obsequimur. Sic etiã Strabo hos uersus in colũna cõmunis sepulchri scriptos fuisse. Philosophia(inq̃)mortales edocet iustitiã esse/quæ humanã continet societatẽ, sine qua nec resp. ipsa/nec domus recte gubernat. Ea suadet/ut iure nostro utamur, neminẽ iniuria afficiamus, uiuamus cõtenti rebus nostris, ab alienis aũt nõ modo manus/sed oculos abstinentes habeamus. Perpetuã(inq̃)inuidiã parat/cum suspitio innocentiæ remanet in populo, eoꝶ/qui falso/aut temerario iudicio damnati perhibentur, nam ingentes innocentia parat fauores/& rumor populi pauorẽ incutit illis/qui iniuste iudicauere. Efficit præterea cõscientię uis/ut nunq̃ tuti esse uideant, sed iminentem pœnã semp ante oculos sibi constituũt. Itaq; illud Alexãdri extollitur/Olympiadi matri plurimũ

eum urgenti/ut insontem quendã occideret, poscentiq; per menses nouem / quibus eum in utero gestauerat humanissime respondit: Aliam parens optima de me posce quam uis mercedem, hominis enim uita nullo beneficio compensatur. Hinc illud præclarũ Cęsaris: Miseram comitem senectutis esse pristinæ crudelitatis memoriam. Vnde sententia Tragici/& animo/ac corpore semp recensenda ab his/ qui imperant sanguine humano: Abstine/ quicunq; regnas/sane de uita humana/& spiritu hominis, qui pars mundi est/ & animũ rationis participem/a/deo habet, numerũq; uiuentium complet. Laturũ sententiam diu cunctari oportet, nec pręcipiti studio agitari/ubi irreuocabile id cernitur. Nulla(inquã)gratia tanti peragenda est / quæ magistratũ ad innocentis suppliciũ impellat. Hinc illud Virgilii: Nec uero sine sorte datæ sine iudice sedes: Quæsitor Minos urnam mouet ille silentum: Consiliũq; uocat/uitasq; & crimine discit. Itaq; solerti diligentia resp. custodienda est. Hinc Cambyses Cyri Persaꝝ regis pater percũctatus/quo nam pacto res ipsa publica optime regatur, respondisse perhibetur: Si custodes nunq̃ sibi satis cautũ ab hoste esse arbitrabũt. Sic Spargapides Thomitrydos Scythaꝝ reginę filius/uino/somnoq; obrutus/ eius exercitus omnis oppressus interiit. Sic Thrasibulus Atheniensis/post exactos/a/patria tyrãnos/ex dira seruitute libertatem uendicauerat, in Siciliam imperator constitutus / neq; satis diligenter in castris se retineret/ ab hostibus noctu eruptione facta/ in tabernaculo interemptus est. Vnde illud: Nihil in bello oportere contemni. Hinc illud adagiũ: Pauidi matrem raro flere. Vnde Plato ex Socratis sententia: Magna diligentia in deligendis hostibus/ut quo meliores/ditioresq; ciues sunt/ eos ad custodiam aptiores asserit. Sic Alexander ænea concha supposita brachio/qui ne/a/somno deciperetur/ extra cubile excerpto/pilam in manu habebat argenteam/ut cum neruoꝝ uigorem sopor laxaret/& lapsæ pilæ tinnitus somnũ eriperet. Nam grues nocturnas excubias agunt/lapillumq; altero substinent pede. Et illud Romanoꝝ imperium/ ob ignauiũ custodiã, cum/a/Gallis Capitoliũ obsideretur/ꝗ nisi ab anserũ uo

cibus expergefacti fuissent/ actum de Romano imperio/Latinoq; nomine esset. Nempe excubiæ ipsæ/uigiliæq; nõ solum urbem ipsam ab hostiũ manibus tutam reddunt, sed mortaliũ corpora/uirginũq; pudicitiam/matronarũq; honestatem/decus/reip. fortunas/bonaq; custodiunt. Quæ quidem/ut Crantor Solensis Xenocratis auditor/Polemonis deinde discipulus, poeta/philosophusq; peritissimus/cum uitæ humanæ rationem habere uellet/& actiones/cogitationesq; nostras prudentissima diuisione sortiri affirmauit. Primas uitæ ptes uirtuti dandas esse, Secũdas bonæ ualitudini, Tertias honestæ uoluptati, Quartas uero diuitiis opinabatur. Siquidem nihil boni, nihilq; iucũdi homini sine uirtute accidere posse, frustraq; eum quęrere/quæ cõmoda/aut bona esse dicũtur, qui uirtutis sit expers / optimã deinde uirtutis comitẽ putauit esse ualitudinem. Vix enim mortali bene ab animo esse potest/qui corpe ęgrotat, qui uero bene ualet/liberiori animo utitur/ & ingenii acumine minime decipitur. His duabus comes accedat honesta uoluptas: quæ quidem tum præcipue est/ cum animus seipso fruitur/ omnia metitur ad tranquillitatem/ iucunditateq; mentis delectatur/ non tintillatione sensuũ apud corporis illecebras, sed magnaꝝ rerum contemplatione: quæ quidem pabulũ est animi ingenui / & mentis liberalibus studiis institutæ/Francisco Patritio uiro peritissimo ex Platonis sententia astipulante. Quarta illa pars/quæ cõmertiũ cum superioribus habet/licet minor omnino sit, tamen cum humanam conspicimus necessitatem/cumq; consideramus mortalem/uictu/domicilio/uesteq; indigere, pernecessaria etiã habenda est/Callimachi poetæ suauissimi sententia, quæ huic menti congruere uidetur: Diuitias sine uirtute nusq̃ hominẽ efferre, uirtutem autem sine diuitiis parum admodum eum illustrare. Et Saphos Lesbia: parum prodesse diuitias sine uirtute, sed cum ea coniunctas accumulare uitam beatam. Et etiam Theogius poeta: Paupertatis (inquit) metu/uel in mare nos ire pręcipites suadet. Inopia siquidem præclaros uiros nõnunq̃ urget, & durioraq; eos agere cõpellit. Ita Plautus Comicus ob annonæ penuriã ad molas manuarias pistori

se locauit,& ibi quotiens ab opera uacaret/scribere/ ac uendere fabulas cõsueuit. Cassius quoq; Seuerus orator egregius/cum annis triginta exulasset/summa inopia diem extremũ obiit/uix pãno ueranda contectus. Et Valerius Bruti collega in summa ęgestate interiit/ut publico sumptu sepeliretur. Sic Persæ regis legitimũ filium (Ammiano Marcellino autore)post aduersæ fortunę calamitatem auito/paternoq; Macedonico regno amisso/artem ferrariã ob quærendum uictum exercuisse. Hę(inquã)cogitationes in mortalium mentes uoluendæ sunt,eoꝝ/ qui humanã societatem optime instituere exoptant. Et Crantoris illa diuisio in rep.constituenda/recte conuenit. Hinc Hadrianus Cæsar/qui doctrina/summoq; ingenio imbutus, nam sæpe uno/eodemq; tempore scripsit/audiuit/ dictauit/& cum amicis confabulatus est. Victor/Musicæ/Geometricæ/ Arithmetricæ/poematum/omniũq; bonarum artium peritissimus crebris sermonibus dicere solebat/remp.ita habendam esse ab his/ qui ei pręsunt,ut sciat quisq; rem populi se gerere/ nõ aũt propriã. Hinc inuidendæ Pysistrati opes publicis muneribus auctæ / cum in tyrannidem compulerunt. Quo modo Athenienses edocti/nihil post eius obitum ęque formidarũt/q̃ ciuiũ potentiã/magistratusq; urbis ꝑpetuos/ annuos effecerũt, arbitrantes perpetuã potestatem libera in ciuitate nihil admodũ/a/tyrannide differre,cum propriũ optimi ciuis sit/publicæ utilitati consulere / & ad eam omnia conferre. Hac q̃plures Romani uirtute claruere, & ex Atheniensibus Aristides/qui cum cõmuni ęrario totius Gręciæ præfuisset/ & summis quibusq; magistratibus diutius functus esset/tantæ fuit abstinentiæ/ut in summa ęgestate decesserit/uixq; preciũ quo efferretur reliquerit,eius quoq; filiæ ex publico Atheniensium ærario dotem/uictumq; habuerint. Sic Phocion/etiã Atheniensiũ princeps, hic cũ multa munera/a/ Philippo rege dono mitterentur / nequaq̃ maluit accipere,& hortantibus regiis oratoribus/ ut si his facile carere posset/ filiis saltem acciperet/ quibus difficile esset tãta in inopia paternã dignitatem tueri,respondisse fertur:Si liberi mei mihi similes erunt/hic idem agellus/qui me ad hanc euexit dignitatem/

illos educabit, Sin dissimiles/haud malo eorum libidinem/luxuriáque his opibus augere. Sed solertia in repub. extollenda est/nec desidia inertiaque amplectendæ. Quippe cũ labore indigemus/ut honestam ducamus uitam/cum agri illi haud in omni terrarum parte reperiantur/qui sine ingenio/ ac effossione Cyclopes alebant. Nec Erythri illa Lusitaniæ/quam Gerionem incoluisse fabulantur/adeo leti/ac feracis soli, ut cũ semel frumenta iacta sint/ reciduis subinde seminibus segetem nouantibus/septem/aut interdum plures messes ferat. Nec ubicũque fluit Nilus/qui lotum ferat/ex quo panem facile indigenæ conficiant/quo tanta auiditate uescantur(ut ait Homerus)ut rei familiaris omnino obliuiscantur. Nec prætεrea publici ærarii ratio negligenda est, siquidem(ut Demosthenes disseruit) neruum esse belli ad remp. ipsam tuendam. Hinc illi prisci finxere deam monetã/qua populũ/a/superstitione arcerent, grauiterque ulcisceret in eos/qui dolum in ea cudenda cõmitterent/a/pecore tractum habens/cum priscorum opes præcipue in pecoribus essent, Varrone/Columellaque autoribus. Vnde Ouidius: Cætera luxuriæ nõdum instrumenta uigebant: Aut pecus/ aut latam diues habebat humũ. Erat nanque in æuũ in mortalium mentibus/si quando suspitio expilatæ publicæ pecuniæ reliquatur/& nõnunq̃ innocentes repetundarum accusantur/damnanturque. Sic Furius Camillus, qui tot pręclara facinora pro patria gessit, unde in exilium ab Apuleio Tribuno exactus/ob Vehientanæ prędæ rationẽ negligentius inscriptam/impensamque/in bello peracto omissam. Sic exilio pulsus/ superior Aphricanus/qui cum Linterni habitaret/tali se iniuria lacessitũ/ cũ iniquo animo ferre nequiret, cauit/ne in patriã ingratã ossa sua referrerẽt. Hic etiã locuplex ipa pecunia dicta est. Emphorũ scripsisse/Strabo meminit/prio i Egina insula/a/ Fidone signari cęptũ fuisse argẽtũ. Apud Romanos nõnulli existimãt Numã Põpiliũ primũ pecuniã signasse nomẽ Nummo/suo/a/noĩe dedisse. Sed alii scripsere añ Pyrri regis uictoriã ppls Romanus argẽto signato nequaq̃ usus fuisse dr. Augus aũt implexit post Carthaginis uictoriã Corithique. Sed Plinius refert Romãos rudera ad tpa usque S. Tullii

usos fuisse, cum regem uult nota pecoris signasse/ unde pecuniam dictam esse opinatur. Et nonnulli Ianum perhibent primo signasse aeream pecuniam in Italia Saturni monitu / quem hospitio acceperat: Cuius nota ex altera parte Ianus biceps, ex altera autem rostrum nauis/qua uectus Saturnus dicitur. Alii asserũt sine signo, sed rudem Saturni/Ianiq; fuisse, sed posteros in eorum memoria tali nota signasse. Vnde Naso: At bona posteritas puppem formauit in aere: Hospitis aduentũ testificata dei. Sed questores in exigendis/a/liberis pecuniis/mites se exhibeant. Nam(Suetonio autore) Extollitur Tyberius Caesar / suadentibus praesidibus/honorandas tributo prouincias / respondisse perhibetur: Optimi pastoris esse tondere pecus/non deglubere. Hinc illud praeclarũ Alexandri responsum / qui cum percunctaretur/ ubi nam suos thesauros condidisset, respõdisse fertur/apud amicos caute sibi seruari. Et recte quidem, nam amor/ceu beniuolentia/& sui/ & alieni aeris domina est. Vnde Plutarchus/Darium Xersis patrem/cumq; asserit in periculis/dubiisq; rebus prudentiã longe aliis maiorem assequtũ. Is uero cum tributa imperaret/ prouinciarum praesides / principesq; accersiri iubebat, rogabatq; grauia ne tributa irrogarentur. Quibus respondentibus/ea mediocriter se habere/minui censuit. Prudenter quidem/sapienterq;, pluris enim populorum gratiam/q̃ pecuniae faciendam duxit. Erat enim uir bellica disciplina imbutus/animiq; fortitudine/ac prudentia/exercitioq; ornatus: Nã ignauia(autore Platone/Aristoteleq;)corpus hebetat/effoeminatosq; reddit. Hic illud Apollonii Alabadensis / ne suorum discipulorum corpa torpescerent/ ad eas artes eos ducebat / ad quas magis/a/ natura deditos esse cernebat. Sic Lacedoemonii pueros ruri alebant/in laboribus sub diuo consuescerẽt frigore/aestu/puluere/cursu/ uenatione/luctatione/iaciẽdo/psiliẽdoq; obdurarẽt/nudi etiã corpa oleoq; puncti certabãt. Gymnica dicta est/q; uncti luctarent. Qua exercitatione uniuersae pene Graeciae imperiũ nacti fuere/cũ reliq fere oẽs Graeci desidiae/uoluptatiq; indulgerẽt/muneraq; uictori praeponebãt. Sic Aeneas/de quo Maro: Et geminũ pugnae pponit honorẽ, uictori uelatũ auro/

uictisq́ iuuencum, Ensem/atq́ insignem galeam solatia uictor. Et Iulius Cæsar tirones per equites Romanos/atq́ etiã per Senatores armorum peritos erudiri iubebat. Hinc Syllius Italicus cum de Scipione alloqueretur: Ipse inter medios uenturæ ingentia laudis: Signa dabat uibrare sudem transmittere saltu: Muralis fossas undosum frangere nando. Indutus thoraca uadum/spectacula tãta: Ante aciem uirtutis erant sæpe alite planta: Ilia perfossum/ & campi per aperta uolãtem: Ipse pedes preuertit equũ sæpe arduus idem: Castrorum spatium & saxo transmisit/& hastam. Plato apud Aristonem Argiuũ palestritam se exercuit. Et Circenses ludi soli dicati, nam intra ædes putabant illi prisci soli / iniquũ esse sacrificari, sed in medio spatio cernebatur/eiusq́ effigies ex fastigio ędis imminebat/ibiq́ equi currere solebãt in quadrigarum certamine circum metas. Meta enim finis/uel terminus/a/metu transiliẽdi dicitur. Alii uero Agonicos Circenses Olympicũ esse certamen / inuentũ apud Elydem in Iouis Olympici honorem. Sunt/qui putauere ab Hercule primo Olympicũ certamẽ editum in honorem Pelopis materni attaui. Hi equidem ludi/ q̃uis soli Aurigarum numini dedicati essent, tamen Castori / & Polluci deputabantur: qui/a/Mercurio equos accępisse dicuntur. Sunt/qui dicant ludos/a/Lydis dici. Est enim Lydia Asię regio/quæ antea Meonia dicebatur: in qua cum olim Lydus/ Tyrrenusq́ fratres regnarent, Tyrrenus relicto fratre/Italiam uenit cũ ingenti Meonũ multitudine/inquirendæ nouæ sedis gratia, deseditq́ apud Tyberim/eoq́ loci spectaculũ præbuit, ad quod quidem uicinorum q̃plures accurrerunt/ nouitatemq́ rei admirati/exemplũ deinde imitati sunt, & eiuscemodi spectacula/a/Lydis ludos appellarũt, licet Quintilianus/& Marcus Varro aliter sentiant. Sic in P. Corneliũ Scipionem ludi peracti in ędem uictoriæ/quæ erat in palatio in deã matrẽ pridie Id. Aprilis. Sic in Iuniũ Brutũ eidẽ deæ ludos dedicauit/quos Megalensia/ Liuio autore. Ita Sylla in belli ciuilis uictoria. Et Pompeus uicto Sertorio. Erãt & ludi magni/quos Maro Circenses appellat. Hi sub regibus instituti fuere/ & magni noiati/ uel quod diis magnis.i. laribus urbis

editi fuerint, uel/a/magnis impensis nummũ siquidem.CC.milia impendebantur.Erant & Lupercales ludi/q; huius numinis inuocatione(Quintiliano autore)lupi/a/stabulis arcerentur.Sed Trogus Euandrũ in radicibus Palatini montis templum constituisse Lyceo/quem Græci Pana/Romani Lupercũ appellabant/caprina tantum pelle amictũ eius simulachrũ pleriq;/a/Lyceo Archadiæ monte.Alii templũ in quo colitur appellari Lupercal dicunt.Vnde Maro: Et gelida(inquit)monstrat sub rupe Lupercal, A/lupa/quæ lac Romulo/& Remo præbuisse perhibet,quem latini lupũ/illi lycon uocãt. Hos ludos Satyricus, Turgida nõ prodest cõdita in pixide lyde,Nec prodest agili palmas prębere luperco.Siquidẽ hi ludi/cũ turpia/atq; impia sinebãt,ab optima rep.abolendi sunt/ob uanas/impiasq; superstitiones,& etiã quæ nihil decoris/aut frugi præ se ferant. Vnde ille Polydamas pugil præclarissimus/post tantas uictorias/latebram inde cõmotam humeris substentare nixus/sepulchrũ sibi parauit. Sic ille Milo Crothoniates/qui omnia supra humanas uires peregisse fertur,& in certaminibus uictor totiens coronatus/taurũq; uictimã pugni ictu peregit, mortem sibi infelicissimã parauit/roboris cuncis adactis/ deprȩhensis brachiis alitibus/ferisq; pabulũ præbuit.Sed præclarius Mercurius(quem palestrę inuentorem prisci asseruere)ea mox relicta/ad eloquentiã se contulit,& musicæ/ astronomiæq; exactissimã nauauit operam. Alatur igitur primũ ingeniũ/redigaturq; ad sapientiam/ si fieri potest,quæ rerum omniũ optima est parens. Exerceantur corpa, sed adeo ne ingenii munera impediãtur.Difficile(inq̃)est/uno/eodẽq; tempore animo/& corpore exerceri: Cuius quidẽ rei ratio diligens exigenda est.Paruo enim indulgendum est tempore coporis exercitationibus/ne illis nimiũ mortales oblectentur.Fiunt enim hebetiores ingenio / sibiq; ipsis uix consulere queunt, & ueluti sculptæ statuæ/imaginesue se præferunt. Quæ quidem/& si uirorum illustrium digna facinora indicent, & eorum / qui laudem meruere/ & quasi præmium attulere, & uiris optime de republica meritis, & aliis bonarum artium pręcellenti ingenio uiguere.Nam Actius

Poeta/ in Camœnarum æde maxima forma statuã sibi apponi iussit, cum ipse parui corpis forma/a/natura dotatus esset, ita apud Athenienses Armodius/& Anstorgion/ qui tyrannũ interemerãt/primi omnium statuam meruere. Ita Gorgias Leontinus orator/ ob disciplinæ excellentiã aurea statua insignitus fuit. Et Brutus/qui reges exegit, Cassiumq; Spuriũ regnũ affectantem/a/ populo Romano etiam aurea statua illustrari meruit. Hinc Cæsar in Hispaniã missus/cum ad Gades applicuisset/ animaduersa in Herculis templo, Magni Alexandri imaginem/cum inspexisset ingemuit/in ea ætate/ qua ille magnã orbis terrarum partem subiecisset, parum gloriæ/ laudisq; nactus esset, missionem/a/Senatu postulauit/& eiuscemodi memoriæ gloria excitatus est, paruo tempore Alexandri gloriã supauit/gestaq; . At Cato uix æquo animo statua caruisse uidetur/ cum percũctanti cur inter multos statua illustratus non esset? respondisse perhibetur: Malo equidem probos uiros ambigere/quare id nõ meruerim/ quãq; grauius est mussitare cur impetrauerim. Proinde Romani totius orbis domini/ statuas undiq; conquisitas in urbem euexere. Hinc Iuuenalis: Non idem gemitus/& uulnus erat par, Damnorum sociis florẽtibus/& modo uictis, Plena domus, tũc omnis: & ingens stabat aceruus, Nũmorum/Spartana chlamys/ conchylia Coa. Et cũ Parrhasii tabulis: signisq; Myronis. Phidia cum uiuebat ebur/necnon Polycleti, Multus ubiq; labor raræ sine Mentore mensæ. Sic Cicero in Verrẽ: Nã pręsides Romanorum/alii qui prouinciis/imperioq; pręerant, cũ promptiores/liberioresq; ad rapinã supbia/auaritia/ambitioneq; elati, eiuscemodi pręclara/insigniaq; opa surripere nõ hęsitarũt. Hinc rursus Iuuenalis: Inde Dolobella/atq; hinc Antonius inde, Sacrilegus Verres referebãt nauibus altis/Occulta spolia/& plures de pace triumphos. Hinc Lucullus: Ex Apollonia Ponti urbe Apollinis Colossum.xxx. cubitorum altitudinis Romã deuexit/ in Capitolioq; erexit, & Tarẽtini Iouis statuã.xl.cubitorum/a/Lysippo erectã/tali libramẽto/ ut manũ mobilẽ hrẽt: quæ tñ nulla procellarum ui euelleret. Et Claudius Cæsar Iouis statuã i cãpo Martio dicauit. Nec pictores prisci/a/rep. exigere.

nam Sextus Empyricus ex Simonidis sententia picturam esse poesim tacentem, poesim autem loquentem picturam. Sane non modici ingenii est/ immo diuini, nam prope cognitionem attigit/ uarias animalium formas/ rerumq; species sic in mente concipere, ut pennicillo/ uariisq; coloribus adeo extimantur/ quasi in illis nihil præter spiritũ desit. Vnde Martialis de Catella: Ipsam deniq; pone cum tabella, aut utranq; putabis esse ueram, aut utranq; putabis esse pictam. Et bouem ad aspectum picti bouis mugisse, & pictis uuis nõnullos deceptos, auesq; ad pictam speciem sui generis excitatas. Laudatur Thymantes in ea tabula / qua Colotheium, nam cũ imolanda Iphigenia tristem Chalcanta peregisset/ tristiorem Vlyxem, & mœstum admodum Menelaum(cõsumptis affectibus)obuoluendum eius caput/Agamennonis esse dixit, ut conspicientibus cogitãdum relinqueret, summũ illum luctum/ quem pennicillo non posset imitari. Siquidẽ summã quoq; laudem meruit Aristides Thębanus/cuius tabulam unam talentis centum ia ctatus perhibetur. Etiã Alexander/& eius pater duas tabulas eiusdem pictoris octuaginta emere talentis, & deinde Cæsarẽ easdem emisse perhibent. Laudant Apellem/ꝙ decorum optime seruasset, cum eius prudentiam conspectã cum Antigoni imaginem finxit, quem latere tantum ostendit altero / ut amissi oculi deformitas lateret. Hinc Marcus Antonius imperator picturæ operam nauauit q̃uis philosophus insignis fuerit/sub Diogemio præceptore. Vnde Cicero/ oculos eruditos in ea habere asserit, & Aristoteles eam extollit, & pueros edocendos præcepit. Nam & Platonẽ picturæ studiosissimũ fuisse legitur. Anthipholus quoq; in diligentia/& decore laudatur, Protogeni cura attribuitur, ratio Panphilio, facilitas Meluncio. Parrhasius autem lineas exanimasse subtilius traditur/ cuius sermonem aliquãdo cum Socrate fuisse/apud Xenophõtem legimus. Zeusis uero luminũ/umbrarũq; rationem inuenisse dicitur. Polidetus/cui pleriq; picturæ palmã tradidere, unũ tamen eidem defuisse uolunt/ ꝙ pondere quodam careret in pingendis luminibus, & ut humanæ formæ aliquid supra ueritatem adderet,

ita ut de autoritate picta priscorum simulatorum deorum aliquid demeret• At qui leues duntaxat genas pingere nitebatur/grauioré autem ætatem consilio fugiebat•Socratem(Diogene autore)pictura delectatum asserũt, lapides quoqꝫ sculpsisse, opusqꝫ eius gratias fuisse perhibent/quæ Atheniensi in arce erant• Laudatur etiã Calliclates/adiutus non modo disciplina, sed acri oculorum acie sculpsit, nãqꝫ ex ebore tam parui corporis formicas/ ut earum actus uix inueniri potuerint/ qui distincte cernerent• Sed Praxiteles/& Lysippus artifices illustres propius ad ueritatem accessere, ut Praxitelis in Coæ Veneris / imaginem cuius nullus artifex pulchritudinem imitari nusq̃ quiuit, Sed Phidias / nam longe melius deos/q̃ homines expressit • Is magnam adeptus est gloriam/e/ simulachro Olympii Iouis, quod ex purissimo ebore effecit, quod nihil in eo genere perfectius ualuit inueniri • Nec puduit Fabium Romanũ patritium optima ortum familia: qui maiorum suorum nobilitatem ab Hercule usqꝫ recensebat / pictura exerceri / & ab ea cognomentum sumere • Quippe pictura non modo gratiam præ se fert, & mirificam oblectationem præbet / rerum præteritarum memoriam seruat, & historiam rerum gestarum ante mortalium oculos ostendit, proinde picturas conspiciendo/ in quibus præclara facinora exprimuntur/ excitamur ad uirtutis studium, laudesqꝫ/ & ad illustria obeunda negocia/sicuti historicorum monumenta legeremus/uoluceremusqꝫ•

Finis Septimi libri•

t ROPHEA, CIVITATVM EXTRVctiones, triumphi, hostiumq; uictoriæ, ouationes, militaria ornamenta, diuitiæ, & omnia deniq; quę uel magnitudine præualent / uel præconio digna sunt. Ea equidem / & alia huiuscemodi laudem afferunt / uoluptatēq;. Sed eos / qui ab hac migrauere uita / aut insequi malunt / quin potius obliuio ea omnia obruit, & eos / qui res pręclaras gessere, & ubi / e / uita excesserint (Agathio autore) qui eas nouerunt / ascendit simul / effugit una oblitterata cognitio. Sic fit / ut nuda recordatio quædam / & simplex / multis sit & plana / inconstans, ut nequeat prorsus in longū extendi tempus. Ipse uero (inquiens) Haud q̄q̄ extimauerim ullos hominū / aut pro patria subiisse periculum / aut alios suscępisse labores / cum essent nō nescii / q; si res maximas gesserint / deperiturā secum una quandoq; & gloriā esse / diffluxuramq; breui, ut quæ eoꝝ dūtaxat uitæ curriculo dimensa sit / nisi quis (ut apparet) prouidentia quadā diuinæ naturæ affirmante / fragilitatemq;, historiæ insunt / quæ (ut ex ea sperantur) superinuexerit bona. Nō enim coronæ ob gratiam / quæ ex oleastro selinouæ constabat / Olympionicæ Athletę in palestris exuebātur, nec bello boni decertatores exuuiarum de causa assequendaꝝ / & futuri mox lucri auiditate / in prompta sese / & aperta discrimina ingerūt. Sed ob firmiorem / immortalemq; gloriam, qua frui aut sane aliter quęrunt / nisi accedant litteraꝝ monumenta / quæ eos perire / interireq; nō sinant. Siquidem litteraꝝ disciplina aut secus / ac domina, nec mutabūda quidem, nec adulatrix, iubet plerūq; / & plane constituit, quibus nam sit inhęrendū, quæue sint fugienda, & proinde necessitatem persuadēdo īmisceat in hominū mentes / dū ostendit uirtutem / quam reponit / ubi plurimū allicibili utitur oratione / uel exemploꝝ uarietate / ueluti condimentis / quæ narrātur excolit ea dicendo confirmās / in quibus mortales optimo rati consilio / uel ęquanimitate probiores peracti sunt / uel forte pro cuiuscunq; sententia / siue sorte ducente, uel ea uariante / aduersanteq;, falsi quandoq; / a / recto / decoroq; aberrauerint, nam hominū mentibus insitū

illud esse prospicitur/ut ad uirtutem deferant, & illam ultro expostulent/exoptentq̧. Hinc ille Macedo Philippus/cū accepisset genitum sibi filiū/deo immortali gratias egit, Aristotelis æuo ortum fuisse/a/quo disciplinis/prudentia/ac sapientia imbui posset/prout & peregit. Calisthene etiam discipulo obeunda uices tradidit/cum cum in castra ob ualitudinem sequi nequiret/ ut regi adesset, eūq̧ philosophiæ studiis adiuuaret. Sic & Plato Dionem Syracusanū, & sæuū illum tyrannū Dionisium/ qui adeo Platonis disciplinam exoptauit/ut ei in Siciliam nauiganti obuius cū uictata naui/magno principum comitatu, ipsumq̧ benigno hospitio suscępit: Qui cum exactus/a/ tyrannide/quid sibi Platonis philosophia profuisset, ut ęquo animo huiuscemodi fortunæ uarietatem perferrem. Et Pericles Anaxagora usus est præceptore: cuius præceptis nō tantum urbanis in rebus, sed etiam in militaribus tam præclaris/a/se gestis/usus est. Sic Aegyptii autumāt disciplinas quasi omnes/quę mortales ad ueram uirtutem deducūt/a/ se incohatas/ ac perfectas maluere. Asserunt Memphim puellam regiam/forma præstantissimam/a/ Nilo amatam fuisse: qui in Taurum conuersus Aegyptū eius compressu genuisse, A/quo Aegytii omnes nuncupati, qui ob singularem uirtutem prouincię nomen dedit. Vulcanū doctiorem fratrem habuisse asserunt, A/quo ignis compertus/fulmine ingentem arborem ictam, reiq̧ nouitate cōmotus / cum arbor fulmineo ictu incenderet/igne seruato, mortales alios ad eius inuenti cōmunionem inuitauit. Et Iulius Cæsar in omni disciplinaꝝ genere peritissimus/doctissimos quoq̧ uiros præmiis/& honore affecit. Cuius exemplo Octauius philosophiæ præceptorem habuit/Antenodorum/uirum ætatis suæ doctissimū. Plutarchus Traianū Cæsarem eruditiorem reddidit, cum quo Dion coniunctissime uixit/ ut sæpe eodem in curru ueheretur. Quin etiam Aphricanus Pannetium philosophum audiuit, & Polibium domi/militiæq̧ comitem multis honoribus affecit. Possidonii quoq̧ ædes ingressurus Pompeus/confecto Mitridatico bello/fores de more/a/littore percuti uetuit, ne legenti philosopho/importunus accederet, & sapientiæ ia-

nuæ fasces submisit. Is tot regibus/prouinciis/populisq; imperitauerat. At Marcus Antonius princeps/qui undiq; collectis optimis præceptoribus/ita edidicit, ut nemini cederet/ & summis etiã philosophis adęquaret. Itaq; illi principes eluxere, & digni omni laude habiti fuere, qui disciplinis optimis illustrati fuissent. Siquidẽ plerosq; populos/ac nationes conspicimus, ut apud se optimas disciplinas natas/seu inuentas esse contendant, eiusq; inuentores indigenas suos asserant/& diuinis honoribus prosequãtur. Nam Galli qui Celtæ dicuntur/Druidas(ut alibi exaraui)philosophiæ inuentores esse asserunt/nemora incolentes, nõ modo cõtemplatione/sed uita philosophabantur, & de uirtute/ deq; imortali deo, multa/pie ac relligiose disseruerunt, mortemq; nihil esse opinabantur/nisi migrationem quandam ad meliorem/magis q̃ diuturnã uitam. Qua persuasione ducti/intrepide/ac fortiter pugnabant, ignauũ omnino/ac stultũ eum putantes/qui mortem timeret/cum iam iam uita adesset longe præstantior. Sic Gallici eorũ sequuti opinionem in bello intrepidi extitere. Erant/qui pecuniam mutuo acciperent, in posteriori deinde uita reddituri. Indi uero omni barbarie uastiores/ hoc inuento gloriantur/ Gynosophistas suos extollunt, nudos, sapientesq; appellant/ qui intemperiẽ cœli obdurato corpe fine ueste (tectis pudibundis)pferebant q̃ ociũ/& ignauiã/uirtutem/& præcepta formidinis ferentes, nihil ęque odio habebant/q̃ desidiam ipsam, uirtutem autem summũ dicebant esse bonũ, & syderum scientiam callebãt/ut futuros euentus plerũq; prædicerent, nono quoq; anno cõuentum populorũ habebant / & fluxus cœlestes suo ordine nunciabant, & si quis aberrasse inuentus esset/ maledicto / conuicioq; mulctabatur/& reliquam omnem uitam in silentio degebat. A/Libero patre doctrinæ initium repetunt / quem cum bellicis in rebus illustrem fuisse asserunt, sed naturæ uires eximiũ indagatorem. Is enim Indiam bello subegit / præter Gangarides, ad quos nec Hercules/neq; Alexander/ob Elephantorũ multitudinem/accedere potuit. Ipse autem urbes q̃plures in India condidit/ docuitq; relligionis cultum, leges tulit, forũq; instituit, multa alia præclara

egit/ ex quibus diuinos honores meruit. Hinc ille Calanus Indus Gymnosophista illustris habetur/cum Alexandrũ in Perside conspexisset/ aluiq; profluuio teneretur, praeclarum excogitauit/ prae oculis tãti regis/ uictorisq; exercitus obire. Proinde pyrã sibi erigi iussit, eamq; conscendit/Macedonesq; orauit/ut diem illum letitiae cum rege suo celebrarent/quẽ tamen paucis diebus post Babylonẽ uisurus esset. Quo dicto/admoto igne/sine ullo corporis motu expirauit. Sic Larmanochagas Octauio Augusto/ut Straboni placuit/ sed ut Plutarcho/ assidente Iulio Caesare/idest/ Athenis peregit, ut tunc moriretur/cum praestantissimũ omniũ mortaliũ cerneret, ne indignũ quidpiam aliquid in posterum intueretur. Fuere & Gymnosophistae prudentes in responsionibus peragendis: Nã cũ multi ad Alexandrum captiui ducerentur: quorum natu maiorem interrogauit, Quid nam agendum beniuolentiã inire posset? At ille. Si nemini formidandũ te tradis. Rursum alium rogauit, Vitã necaũ mortem fortiorem opinaretur? Vitam ille inquiens/quae tot aduersa/calamitosaq; perferat. Aliumq; percunctatus, Quo ad uiuendum homini esse censeret? Donec(ait)mortem uita potiorem ducat. His/ac aliis multis scite ab his pceptis/libere eos dimitti iussit/ & multis muneribus affectos. Et Persae magos suos philosophiae prae se ferunt. Veram illam Aristotelicam sententiam esse censeo: Tria esse necessaria illis/qui praesunt asserit. Praecipit enim/ut qui maiestate pollent/ad ea exequenda, quae iure magistratus eis competunt/ea peragant, quae eorũ muneri congruere possunt/quae quidem res efficit / & ipsi maiori animo imperent, & diligentius obsequantur illi/quibus imperatum est. Hinc Cambyses Cyri superioris pater regis Persarum/dicere solebat patrias leges duabus in rebus praecipue uersari (ut Xenophon autor est) ut principes imperare scirent, priuati autem parere: quod tum maxime erit / cum uirtus reget eos/qui imperant, ut qui obsequentur intelligent honori/laudi sibi esse q obtemperauerint, quiq; imperia detrectauerint/ignominia/poenaq; afficiantur. Hinc ille Torquatus: qui uictorem filium/ cum suo iniussu dimicauerat / securi percuti iussit,

longe pluris fecit contempti imperii exemplum/q̃præclarã de prouocante hoste uictoriam. Et quanq̃ durissimũ habitum est id imperium/adeo/ut duriora quæq; imperata Maniliana imperia dicerentur, tamen approbatum/a/Senatu/populoq; Romano fuit, posteris inter pręclara exempla numeratur. Vnde Eronto disseruit/q; Scipio Numantiam missus superiorum ducum corruptum exercitum secordia/dimisso ingenti Lyxarum numero/redactis ad munus quottidiana exercitatione, quibus cũ frequens iniungeret iter portare q̃plurium dierum cibaria imperabat/ita ut frigora/& imbres pati/ualida fluminũ pedibus traiicere assuescerent, miles(exprobrante subinde imperatore)timiditatem/& ignauiam/fragrantemq; delicatioris usus/ac parũ necessaria expeditioni uasa, quod maxime C. Numio tribuno accidit/mihi paulisper/tibi/& reipublicæ nequaq̃ eris. At Quintus Metellus bello Iugurtino similiter laxam militũ disciplinam pari seueritate destituit, cum insuper prohiberet alia carne q̃ assa/elixaue milites uti. Nempe Philippus cũ primũ exercitũ constitueret/ uehiculorũ usum omnibus interdixit equitibus/nõ amplius/q̃ singulos Lacones habere permisit, peditibus aũt denis/qui moles/& funes ferrent in ęstiua exeuntibus triginta dierũ collo farinã portari imperauit. Sic Marius uasa/& cibaria militis in fasciculos funis pręposuit/sub qbus/& habile onus & facilis requies esset, unde muli Mariani milites dicti. Lysander Lacedæmonius ingressum uia quendã castigabat, cui dicenti/an nullius rei rapina se ab agmine recessisse respondit, ne spem qbus rapturi præbeas uolo. Publius Nasica in Hibernis/quãuis classis usus nõ esset necessarius. Ne tamen miles desidia corrumperetur, aut per ocii licentiam sociis inferret/naues ędificari instituit. Quippe modestia/ac temperantia plurimũ adiuuant, quæ quãuis cernitur in contemnendis/prætermittẽdisq; uoluptatibus, tamen in singulis actionibus adeo elucet/ut earum moderatrix/atq; auriga esse uideatur. Hæc est illa(inquã)quæ tam diuturna laude extollit sententiam illam Solonis/ne quid nimis agatur ad temperantiã percipiendam. Pueri apud Persas magno edocebãtur studio, senioresq;

probatissimos eis adesse iubebant, ut ueriti eorum aspectum mo⸗destia/temperantiaq; omnibus in rebus regerentur. Hæc(inquã) fidem seruare ostendit, cum nihil turpius sit/q̃ fidem fallere. Hinc illa Carthago obruta/ ob Carthaginensium infidelitatem/quos fi⸗defragos Ennius appellauit. Continet enim fortitudinẽ illam/quã quidem prisci solam uirtutis nomine appellarunt, ut ex Ciceronis sentẽtia/a/uiro uirtus appellata est/quia uiri propria est fortitudo. Zeno animi magnitudinem nuncupat/eamq; esse dicit scientiam quæ animi habitum faciat celsiorem/ omnibusq; cõtingere possint ęqualiter perferendis. Huic coniuncta est illa constantia/ quæ di⸗ctorum/gerendorumq; fidissima custos habetur, & ea efficit/ut rei publicæ secreta tacito silentio adseruentur / quo nihil præstantius esse potest. Qua etiam uirtute præcipue laudantur Persæ/ qui om⸗nia archana incredibili fide custodiunt, non metus, non spes/ aut ulla pollicitatio uocem elicere potest / qua eorum occulta prodan⸗tur, linguam censent coercendam esse/natura omniũ membrorum facillima, ut ostenderet taciturnitatẽ, nam omnino difficilem esse uirtutem. Siquidem constantia insignia/ præclaraq;/ idem Fronto extollit / q; cum Casalini (obsidente Hannibale) tantam inopiam passi sunt / ut murem centũ denariis uendidisse memoriæ proditũ sit/eius uenditorẽ fame periisse/emptorẽ uero uixisse, & in tãta an⸗gustia fidẽ Romanis seruasse. Pecillini(Valerio autore)a/ Pœnis obsessi/parẽtes/& liberos ꝓpter inopiã eiecerũt, ipsi coriis madefa⸗ctis/& igne siccatis/foliisq; arboꝝ/& omni genere animaliũ uitã ge rentes. xi. menses obsidionẽ tollerarũt. Hispani Fabrenses oĩa eadẽ perpessi/nec tñ oppidũ Herculeo tradiderũt. Ciciniũ cũ oppugna⸗ret Mitridates/captiuos eius urbis produxit/ostẽditq; obsessis/arbi tratus futuꝝ miseratione suoꝝ/ad deditionẽ cõpelleret oppidanos/ at illi cohortati captiuos ad mortẽ fortiter accipiendã/fidẽ seruare Ro. Egroniẽses cũ a Viriaco/his liberis/& cõiuges redderẽt/ ꝑopta uere suoꝝ pignoꝝ supplicia spectare, q̃/a/Ro. deficere. Numãtini/ ne se dederẽt/fame mori/ꝑfixis foribus domuũ suaꝝ maluerũt/ uicis sẽtq; Ro. autore Orosio/nisi illi sub Scipiõe pugnassẽt. Siqdẽ prisci

illi iudicio omniũ/eos præfectos optimos/quorum subditi res suas optime gessere, itaq; illis regentibus/& priuatas domos ad felicitatis fastigiũ peruenisse, & ciuitates auctæ conspiciebãtur. Nõ enim earum incremento inuidebãt, neq; seditiones inter ciues ferebant, ut pars utraq; secum discors eos coleret. Sed sociorum concordiam publicam utilitatem ducentes/eisdem legibus omnes ciuitates gubernabantur amice/nõ imperiose. Super his consulentes omnium quidem principes singulos priuatim liberos esse sinebant, popularium fautores contra potentiores bellum gerebant/dum rati, multos subesse paucis diuitibus inferiores, reliquis autem rebus pares &/a/magistratibus repelli: Nam in omni cõmuni patria quosdam tyrannos/ quosdam exules esse natura ciues/lege ab administratione excludi, quæ/& his maiora cum sint in statu paucoꝝ/repręhendenda. Sane cum gentis studio tenemur/ nõ modo in parentes, liberos, coniuges, aliosq;/ qui necessitate nobis coniuncti sunt, uerũ in omnes conciues nostros/quos mirifica beniuolẽtia amplecti debemus/iustitię deinde munus erit, iniuria neminem afficere/ledereue/ius suũ unicuiq; tribuere, benemeritos gratia/laude/muneribusq; afficere, male aũt meritos damnis/ignominia/pœnisq; mulctare. Nam has uirtutes in primis duces habeant: qui imperant, sine quibus nihil recte agitur: quarum præcipua Iustitia est, quæ quidem humanæ societatis fundamenta iacit, ea pietatẽ in se continet/quam quidem scientiã colendi dei esse/Sextus Empirius docet. Hæc(inq̃)cultum diuinum/misteria/& cerimonias in primis respicit, sine quibus nihil recte / nihil sancte in republica geri potest, est secundum pietatis officiũ/ quo erga patriam deuincimur, q̃ quidem secum immortalem deum colere / atq; obseruare. Nihil enim(ut censeo)est/quod obsit principibus/q̃ cum intelligunt populi ingratia referẽda/ negligentis esse hoc ingratitudinis crimen/ cum acerrimi in plectendis sontibus Persæ sint omnium grauissime ulciscebãtur. Dignoscebãt nanq; deum in primis patriam, parentes, amicosq; ab ingratis negligi, & impudentiam quandam comparari/ quæ ad omnia probra hominem promptissimũ efficit.

Sic Aristoteles ea magistratibus esse pnecessaria censuit. Et si Leu-
tychides sententia fuerit / ꝙ cum percunctaretur/ cur tam uarie se
ostenderet, respondisse fertur: Quia tempora ita suadent, an san-
ctiora uertor: qui tamen non ex uitio naturali/ uos(inquit) ex in-
nata arte/ non permutor. Syphax Numidarum rex/quantum in-
constantia principis in sui imperii detestatione sane præ se tulit,
cum Scipione Aphricano Romanis confœderari/& cōtra Cartha-
ginenses arma sumere, per Sophonisbam Hasdrubalis filiam/ for
ma, ingenioq; imbutam, coniugis ingenio succumbens/ se Roma-
nis hostem / educto milite fassus est. A/Massinissa / media in acie
captus, Romanis ad decorem triumphalem tradidit. Sic deinde
Massinissa cum nihil isto rege/a/quo fusus erat/esset hostilius/Syr
tam Syphacis urbem in deditionem capiens, cum Sophonisba in
tumultu captæ urbis matrimonium cōtraxit, ipsiusq; blanditiis,
facundiaq; Romanorum amicitiam diremit. Illa(inquiens) quæ
tanquā fax regnum/imperiumq; meum incendio substulit. Et An-
thiochus/cū in senectute constitutus, Romanos delere se iactans,
ingentiq; collecto exercitu/ iuuenculæ(illectus amore)nupsit, At
in ocio languescens/una cum exercitu/a/Manio consule/proinde/a
Scipionibus terrestri/naualiq; prælio fusus, iussus cis Taurum im
perare, & si nulla maior connexio/a/ natura prodita sit/ꝗ maris/&
fœminæ. Hinc bruta conspicimus etiam truculentissima / ꝙ nul-
lum eorum est, quod suo tempore/ suæ speciei compar/ procreandi
causa/non exoptet: ita Plato ostendit. Matrimonia(inquā)hostes
conciliant. Proinde raptæ uirgines Sabinæ(parentū animos pla-
catos)connubii iure reddidissent, haud Romanum substitisset im
perium. Et Cæsaris Pompeiq; affinitas cum uiguit/ciuile incendiū
sedauit. Sane/ & durissima quoq; bella ad pacem / ac concordiam
redigant: Nam (Xenophonte autore) diuina prouidentia timi-
diores fœminas effecit. Metus enim(inquiens) ad custodiendam
diligentiam plurimum confert / ac tribuit: & naturalis mollicies
artes illis tradit, quibus intra parietes / cum utilitate exercentur.
Sic Aristoteles curam: quæ intus sunt mulieribus tradidit libero-

rum educationem • At laudatur ille Lacedæmonius/ ꝙ cum Dercyllidas optimus imperator in consessum descendisset/ sedendi locum nequaq̃(ut moris erat)eidem cedere maluit: Noli(inquiens) admirari, Nõ enim tu mihi(cũ grandior natu fuero)genuisti/qui cessurus sit • Nam Romani(Dionisio autore) Romulea lege astipulante/mulierem nuptã/quę per sacras leges uiro coniuncta esset pecuniaꝝ omniũ/ac sacrorum esse sociam•Et si uarii fuerint mores legesq;/ut Aemilianus Probus disseruit/ atq; Nicenus antistes prę stantissimus: Nam apud Athenienses quidẽ fratri germanam sororem/uxorem ducere permittebatur•Nec turpe fuit Cymoni Mil ciadis filio / Elpinicem eodem patre natam/ coniugem habere • Et Aegyptii(ut Diodorus inquit)pro opibus/ac uoluptate plures du cunt uxores, nullusq; ex eis genitus spurius habetur• De Brytãnis Iulius Cæsar scriptum reliquit: Brytãni(inquiens)uxores habent duodeni, deniq; inter se cõmunes, & fratres cum fratribus, parentesq; cum liberis, Sed si qui sunt ex eis/eius habentur liberi/a/quo primũ uirgo deducta est•Parthi uxores dulcedine uariæ libidinis/ singuli plures habent/iccirco nulla delicta(adulterio grauius)puniunt•Armeni(ut Strabo autor est)uirgines ante eaꝝ nuptias statutis diebus(dotalem pecuniã quæsituras)ad littus maris mittũt, quæ etiam ex turpi questu/pro amissa pudicitia/ Veneri sacrificiũ persoluebant•Sic & Lydi peragebãt(Herodoto autore)Sed Quin tus Curtius Babilones/cũ hospitibus coniuges libero stupro coire/ modo flagitii preciũ penderetur• Hinc illud Metelli : Si sine uxore esse/omnes ea molestia caremus, Sed quoniam ita natura tradidit/ut nec cum illis satis cõmode, nec sine illis ullo modo uiui possit/saluti perpetuæ potius/q̃ breui uoluptati consulendũ esse uidetur•Siquidem & mulierum genus, pudicitia/ constantiaq; ornatũ exstitit, nam Minerua ob pudicitiã seruandam/ob uirginitatemq; tutandam / patrem peremisse perhibetur , Pluris enim integritatem / q̃ parentis pietatem existimauit • Et Cassandra, quæ Apollinem spreuit • Quid de Hippone Græca / & Brittona Cretensi? quarum prima cum hostium classe esset excępta in mare, ut morte

pudicitiam tueretur/se abiicere nõ est uerita. Altera uero/quã Minos Cretensium rex cum insequeretur / aufugiens, eadẽ ratione se præcipitem dedit. Sic Vesta Saturnia/quæ ob eius præcipuam uirginitatem/a/prisca illa gentilitate Dea est nũcupata. At de Penelope/& Didone, quas uno uiro contentas fuisse legimus. Quid (inq̃) est aliud maritis fidem seruare, aut illos admirabili caritate prosequi? nisi honestatis iura tenere. Aemilia superiori Aphricano, & Thuria Quinto Lucretio/ nõne fidelissimæ fuere? Sulpitia Lentulo cõiuge proscripto/ut fides incorrupta remaneret/seipsam proscribere nõ dubitauit. Porcia cum apud Philippicos Macedoniæ campos/Brutum maritũ mortuũ percępisset, quia ferrum nõ dabatur / ore ardentes carbones hausit. Sic graui dolore Iulia Pompei coniunx/cum uestem cruentam cerneret, partum eiicere coacta/expirareq;. Euadne/quæ uirum suũ Capaneum cũ semiustum in rogum ponerent/se flãmis iniecit, & cum illo exusta/immixtis cineribus in eadem urna poneretur. Ac Hipsicrathea Mitridatis coniũx quę tonsis capillis/ habituq; uirili suscępto, cũ Mitridates/a/Pompeo esset uictus/ per uarios amfractus fugiens/ ipsum assequta est. Claudia Vestalis uirgo inter patrem suũ triumphantem/ & tribunũ plebis uiolenta manu illum/e/curru trahentem/ se interposuit, &/a/parente sola uim tribunitiã depulit. Sic Busa Appula/quæ relliquias Cannensis pręlii domi suæ benignissime substẽtauit. Quid Sempronia Gracchorum soror/& Scipionis Aemiliani uxor? Nõ enĩ tribunitiã potestatem falso alienã usurpantem reppulit. Quid de Arpalicæ fortitudine? quæ cũ patrem senem Lycurgum/a/ Getis captum/statim multitudine collecta/ celerius q̃ fœmina sperare licuerit armis/suoq; proprio robore patrem liberauit. Et Semiramis Assyriorum regina Nino rege mortuo/ arma ferre/& militare, imperiumq; usq; ad Indos propagauit. Si pietatem quærimus/ alias patres / alias matres suo lacte seruasse multos p dies in carceribus inueniemus. Antigone Oedippi filia/patri cæco/in exiliũq; pulso/ cõtinuo ducatũ miseranda pręstitit. Tot xp̃ianę pręclarissima relligionis exẽpla/uirginitatis/castitatis/fortitudinis/cõtinẽtię/pietatis

prudentiæ/ſanctitatis/cõſtantiæq; extitere, & diuinitate plena fue re/extollũtur Cyri filia/& Dionisii mater/ Calphurnia/ Tanaquil/ Sibillæq; omnes pariter ipſæ teſtantur. Quid(inquã)eſt aliud fu- tura præuidere? niſi prudentia/ac diuinitate prçditũ eſſet. Quid prudentius/aut diuinius? q̃ uirginis cõceptum/ omnipotentis dei aduentum/paſſionem/mortem/reſurrectionem/ac aſcenſionem, in qua noſtra relligio eluceſſit/uigetq;/a/Sibillis his proditum/ac prç conizatum, & uerbis/monumentiſq; ſcriptum/ & peſteris clariſſi- me oſtenſum. Nec deſunt præclariſſimarũ mulierũ exempla/ quæ litteris/ſtudiis/& eloquentia floruere. Iſis Aegyptiis litteras/& ter- ræ cultum. Nicoſtrata Latinis aut Carmenta non ſolum dedit, ſed etiam earum cognitiones/ac ſonos edocuit. Quid enim aliud gene- ri humano maius/aut præclarius/illuſtriuſue tributum eſt? nanq; recta/honeſta/ſancta ſectari inſtruimur, His quæ ad rem priuatã/ ac publicam, his quæ ad ſacræ relligionis ritus/ ac cerimonias ſpe- ctant ampliſſime edoceri peſſumus. Harum igitur tantæ utilitatis & prçſtantiæ litterarũ/ quis mortaliũ uſus aperuit? quis earum au tor extitit? Mulieres(inquã) Minerua etiam apud Argiuos Pho- roneo, ſiue apud Athenienſes Ogyge regnante/lanificiũ/texturãq; ac numeros/& Horundę figuras adinuenit. Sic Mineruã ſiue iſtã/ ſiue alteram/cum plures extitiſſe comperimus/oliuarũ/quadrigarũ/ & bellorũ autricem/ac principem extitiſſe. Et Ceres/ quæ mortali- bus/& duris glandibus/ brutorũ more uiuentibus/ agros colere/ ac fruges colligere oſtendit. Extititit Cornelia/Scipionis maioris filia cuius per multa ſecula extabant epiſtolæ / elegantiſſimo ſtilo per- ſcriptæ, & Saphos uatis libri ſummo in honore ob ſingularem fa- cundiam/ artemq; ſcribendi habiti ſunt/a/ qua Saphicum carmen dicunt denominatum. Sic Aſpaſia/a/qua Socratem philoſophum tantum ſe didiciſſe/quædam non pudeat confiteri. Et Centona illa peritiſſima, Ameſia quoq;, quã eo/q; ſub fœminæ forma uirilẽ ani mũ gereret/Androgenem uocauere. Ea apud prætores maximo po puli concurſu cauſam egit, & prima actione/a/cũctis pene iudiciis liberata eſt. Sic Gaia Afrania/Lucii Senatoris uxor, & Hortenſia/

Hortensii oratoris filia præclarissime causas perorauere, & quod omniũ est maximũ/humanũ genus alioquin breui periturumq; fo ret/ni esset hic muliebris sexus. Mulieres (inquã) sunt/ quæ fami lias/quæ res publicas/ quæ totam deniq; conditionem restaurant, & quod maius est/immortalem reddunt. Hoc Romanæ urbis con ditor præsciens quando fœminis careret/cũ Sabinis graue bellum inire non dubitauit. Sciebat equidem huiuscemodi imperium par uo duraturum tempore. At Indorum uxores eorum uiro mortuo iudicũ certamen deducuntur/q̃plurimũ ille dilexerit. Plures enim singulis solent esse/quæ non est uictrix una cum uiro in rogum im ponitur, uictæ autem mestæ discedũt (Cicero autore) Et Orpheus pro Eurydice amata coniuge. Sic Miniorum coniuges, quæ/a/ La cedœmoniis ob crimen affectati regni capitali iudicio damnati/eo rum uxores tempesta nocte/quasi uiro supremo alloquuturæ, adi tum/a/custodibus impetrarunt/commutataq; ueste/ simulatoq; do lore/uelatis capitibus / maritos abire passæ sunt incolumes. Ac & Theopompus Lacedœmonius ueste permutata coniuge in eodem capitis periculo relicta/a/qua liberatus extiterat. Vnde illud Pro pertii recte astipulari potest. Omnis amor magnus, sed aperto con iuge maior. Perniciosissimi ciues habebantur / qui deprehensam uxorem ferro ulciscerentur. Vnde eum/qui uxori manum inferret detestandum/insectandumq; esse arbitrabatur, non aliter/q̃ si diui na sacraq; rem publicam uiolasset/ satis cuiq; superesset debet/iudi cem/ac legem uictricẽ habere. Sic ille Nero impius Popeiam uxo rem calcis ictu per iracundiam interemit / quam non patrio more pœnitẽtia ductus/igne comburi eduxit, sed regum more odoribus condiri iussit/& sepulchro Iuliorum inferri. Sed Cæsar accusatam de adulterio uxorem ipsam repudiauit. Lysias summus orator nõ puduit sua oratione de adulterio uxorem impigere, sed Antonio Cæsarum optimo/& Faustinã coniugem pudicitiæ laudibus effer re. Nam turpe enim fuit cũ impudicitia eius omnibus panderet. At Claudius in Messalina/& Sylla in hoc infelicissimus in Metel lia uxore turpissimis quibuscunq; potestatem faceretur, & Græcis

uersibus Athenis decantaretur, nec thori sui labem ante suspicaretur/q̃ hostium conuitio didicisset, & uictor tot populorum/ regũq; Philippus Macedo Tragico cauillo seipsum consulebat/iniuriãq; risu dissimulauit. De Messalina Satyricus ita alloquit: Quid priuata domus? quid fecerit impia curas: Respice riuales niuorum Claudius audi: Quæ patitur, reliqua solutã orationem formidãt. Et Cornelius: Messalina non aliis solutior luxu, & infra ipsam crine fluxo Thyrsum quatiẽs/iuxtaq; Sillius hedera uictus genere cothurnos caput iacere strepente circũ procaci thoro. Sic Iulia Octauii/ cum patris amicus eam redargueret de impudicitia / ut patris exemplum imitaretur, respondisse perhibetur: Pater obliuiscitur se Cæsarem esse, ego autem me Cæsaris filiam esse memini. Et percunctanti quispiam/ꝙ si miles Agrippæ uiro filios procrearet/quę tot uiris congrederetur, respondisse fertur: Vectorem nõ tollo/nisi plena naui. Et Pompilia Marci filia/percunctanti cuipiam, quid est ꝙ bestiæ mares non admittant / nisi cum exoptant pregnantes fieri, mulieres autem semper uirũ desiderent? respondisse fertur: Bestiæ etenim sunt. At Clithemnestra apud poetas non solũ adulterii, sed adiutrix mariti ducitur/cum Agamennon/qui tot Græcorum milibus ad iniuriam ulciscendã accesserit/& cum missum raptæ Briseidis amore adeo flagrasset / ut fortissimũ Achillem eadem iniuria affecit: quam in Paride ulciscebatur. Non sic Vlyxes/qui pro Penelope(ut Homerus tradidit)reginas/ac semideas contempserit uxores, uiri enim continentia plerunq; pudicas seruet. Laudatur Lelius/& felicior habitus, qui uni semper adhæsit uxori. Siquidem de impudica ita Iuuenalis alloquitur: Scilicet expectas ut tradat mater honestos: Atq; alios mores/q̃ quos habet utile porco: Filiolam turpi uetulæ producere turpem. Sed Theophrasti sententia(diuo Hieronymo autore)maiori modestia deformem/q̃ formosam seruari. Nihil enim tutum esse ducit/in quo totius populi uota suspirant. Quandoquidem alius forma, alius facundia, alius liberalitate sollicitat, & aliquo modo expugnatur / quod undiq; incessitur. Et Ennius eam fœminã incolumi pudicitia esse quæ stata

ſorma ſit/mediocritatem retinet. Cleoboli Lydi præceptum tenendum cenſeo, ut cũ ea nihil blanditiis agamus/& ut peregrinis præſentibus eam nunq̃ obiurgemus, illud enim uecordiæ eſſe docebat, hoc autem ueſaniæ. Fruſtra enim ſuſciperetur quęrendi labor/ubi nulla ratio parcendi eſſet/& prodigendi eſſet diſpendium, nullo unq̃ lucro reparari poteſt/ nec aliud eſt terebrata urna aquã haurire / quo ſupplicio apud inferos Danai filias cruciari fabulantur, Nec uxoris auaritia tolleranda eſt / nam Attalus ille philoſophus famelico cani eam comparabat / qui fruſtrum panis ante menſam domini nullo guſtu integrum deuorat/ & aperto ſtatim ore hians/ aliud expectat/ſemperq; ad futuri ſpem erectus eſt. Vnde Apollonius poeta: Harpiarum pinxit ſub figmento auaros. Hinc Maro: Triſtior haud illis/nec ſæuior ulla peſtis: Et ira deum ſtygiis ſe ſe extulit undis: Virginei uolucrum uultus fœdiſſima uentris: Proluuies/uncęq; manus/& pallida ſemper: Ora fame. Vnde illud Auguſti Cæſaris: Anguſti quidem animi eſt inopiam nimis formidare, & propterea non frui rebus/quæ adſunt, q; ſe cariturum illis aliquando timeat. Hinc Pii Antonini frugaliſſima uita, nam (Partiano autore) in eo erat opulentia ſine repræhenſione, & parcimonia ſine ſordibus. Itaq; apud Aegyptios Iſidis lex erat (Diodoro autore) in priuatis rebus uiri omnes mutua aſtipulatione intra penetralia/ ad arbitrium uxorum ſe uicturos pollicebãtur. Et in Nyſa urbe Arabiæ/in columna ſui ſepulchri Iſis iuſſerit: Quæ legibus ſtatui/nemo ſoluet. Sed præclare Martialis: Inferior matrona ſuo ſit Priſce marito: Non aliter fiunt fœmina/ uirq; pares. Sic Xenophon ea quæ domi ſunt/ſingula uxori tradidit/quæ ad domus mũdiciem pertinent, pudicitiamq; ſeruandam cuſtodiat. Nam Baſilidis Lyrici ſententia eſt / q; ſicut egregius pictor faciem ſpecioſam coloribus ornat/ita pudicitia ſurgentem uitam perpetuo decore honeſtat. At illæ Sparthanæ uirgines nomen immortalitati cõmendarunt: Nam cum ſacrificii gratia/a/parentibus ad Meſſenios auſpicii more miſſę eſſent/tanta libidinis impatientia flagrarũt Meſſenii (autore Plutarcho) ut contempto hoſpitalitatis iure / ad ſtu-

prum eas poscerent. At cum nulla earum consensisset / moriq; potius maluerunt/q̄ uirginitatem amittere: quarum sanguinem Lacedæmonii (deo optimo fauente) magna uictoria ulti sunt. Nicanor autem, qui Thæbas euertere potuit/cum captæ uirginis amore ardentissime deperiret: eamq; etiam in matrimonium exposceret/oppugnare nequiuit. Quippe/quę gladio pectus suum transfixit/docuit longe pluris pudicitiam/q̄ regnum/ac uitam esse faciendam. Et Lucretia non hæsitauit uitam etiam cum pudicitia amittere. Itaq; uirginitatem/ac pudicitiam uitæ anteferendam/ nō modo barbaræ nationes, sed Græci, ac Romani, & etiam ab hostibus in seruitutem redacti censuere.

Finis Octaui libri.

E VRIPIDIS ILLA PRAECLARA sententia/omnia(inquit)orationem conficere,quæ etiam hostile ferrũ neuti afficere ualere. Quæ enim alia uis/q̃ orationis potest furentem populum com primere/aut metu pculsum excitare? Vñ Virgilius;

Ac ueluti magno in populo cum sæpe cohorta est
Seditio,sæuitq; animis ignobile uulgus.
Iamq; faces,& saxa uolant,furor arma ministrat.
Tum pietate grauem,ac meritis,si forte uirum quem
Conspexere,silent,arrectisq; auribus astant.
Ille regit dictis animos,& pectora mulcet,
Sic cunctus pelagi cecidit fragor,æquora postq̃
Prospiciens genitor,cœloq; inuectus aperto
Flectit equos,curruq; uolans dat lora secundo.

Vnde Ennius Flexanimã nuncupauit/q, animũ in quancunq; partem uellet raperet/ rerumq; reginam prisci appellabant. Hinc ille Cyneas/ Demosthenis discipulus,& Pyrrhi regis orator/ ob ipsius eloquentiã solitum dicere Pyrrhum accepimus, plures urbes Cyneę oratione in sui imperium redactas,q̃/a/se armis superatas esse. Siquidẽ prisci illi(ut iam diximus)ex his nonnullos fuisse constat inter Martios tumultus/ uel legerent aliquid/uel scriberent/ac meditarentur. Sola disciplina ipsa ingenuis/generosisq; mentibus digna / uoluptatemq; animi ueram ex seriis respirare gestientis eam esse rati, quę ex monumentis/ac rerum cognitione percipitur. Hac laude præcipue insignes/illustresq; fuere Alexander Macedo, Attalus Mago,Hiero, ex Romanis Iulius Cæsar,Octauius, Mamææ Alexander,Hadrianus,Marcus Antonius,Philippus/ & alii permulti: quos Græci/Latiniq; scriptores certatim pro se quisq;/ & tota illa uetustas laudibus ad summũ extulit, pulchrius esse asserentes multo/disciplinis/honestisq; artibus antecellere/q̃ opibus/ac imperiis. Quis(inquã)non omnibus corporis/atq; ingenii neruis, remis/uelisq; omnibus(ut dici solet)contendat litterarũ studiis, sine quibus uita uitalis nõ est, pulcherrimum/ uerissimumq; mortalis

cognomentum sibi quærere/efficereq;, ut tanto aliis euadat homi/nibus excellentior/quanto mortalis ipse cæteris præstat animanti/bus, at qui non sine multis uigiliis/multo labore id cuiq; contigit/quando rectissime præclarum cuiusdam philosophi cõmemorant: Dii nobis laboribus omnia uendunt, in Olympiis nemo unq̃ citra puluerem uictoriam adeptus est, atq; ut sit excellenti quis ingenio fida/ tenaciq; memoria præditus. Si tamen ad eam naturæ sortem labor / atq; industria non accesserit, magnum quidpiam non effi/ciet unq̃ / quo possit seipsum tollere humo/ uictorq; uirum uolita/re per ora. Hinc Plinius ille extollitur (Cecilio autore) ꝙ doctri/næ tantus amor apud ipsum fuerit/ tantaq; temporis parsimonia, ut cœnans, deambulans, sedens/aut legeret ipse/ aut alium quem/piam legentem audiret, & quæq; ex aliorũ scriptis sibi decerpens, aut/a/seipso assidua animi præmeditatione parta/ & congesta repo/nens. Nam priscorum tanta fuit omni in re sedulitas/ tantũq; per/tinax ubiq; studium, ut nihil sit ex eis/ quæ mundi huius circum/flexu teguntur / quod intactum ab ea/ ad hoc usq; æui peruenerit. Scripsere nonnulli de astris/sphærisq;/& corporum cœlestium mo/tu/moleq;, Alii de terræ magnitudine/regionibus/& earum situ/de uariis gentium/ac nationũ moribus/specie/ac cultu/montibus/flu/minibus, Alii res bello gestas/ac pacem/reges/ principes/duces ad posteros transmisere, Docuerunt quidam herbarum / gemmarũq; figuras/ac uires, Scripsere alii nites/flores/arbores/animantia cun/cta, Alii edocuere humani corpis morbos/ atq; medelas, Alii uero uitam hominũ/moresq;/legibus/atq; institutis formauerũt. Deniq; non potest aliis uirtutibus non florere, cui hæc una uirtus studio/rum/scilicet omnium amor non defuerit. Nam ꝙ amplissimæ sint opes ad fortunæ nobis bonis artibus parte cum multis aliis/a/ pro bis cõmune. Aphricanos enim omnis/ac Lelios (ut Cicero inquit) in his rebus/multi etiam uenalitii/mercatoresq; superauerũt. Hinc Horatius: Sordide nescia repulsæ/ intaminatis fulget honoribus. Quippe reipublicę omnis moderatio inde electione/descriptioneq; ministrorum/magistratuũq; continetur. Nam respublica sine eoꝝ

prudétia/ac autoritate haud tuta esse potest/Aristotele teste. Nam sicut nauis in portum tranquillitatis sine gubernatore nunq̄ dirigi potest, sic exercitus sine duce in magna uersatur seditione/uixq; uictoriā consequitur. Sic respublica haud in pace ulla esse potest, sed fortunæ exposita uidetur/quæ non optimi magistratus autoritate atq; consilio regatur. Hinc Strabo extollit Massilienses/q; optimam in eligendis magistratibus rationē callebant. Nam annuis uicibus eos deligebāt, ut iuri dicundo/legibusq; præessent. Hi paucis admodum adiuti/rem ciuilem in pace/& ocio optime gubernarent. In seditione/& bello duces deligebant/ qui satis essent ad rem bellicam bene gerendam. Non sicut complures medici/uni ęgroto adhibiti/inter se potius decertant elationis gratia/q̄ aboleant, quæ ęgrotanti salutem afferre solent. Vnde pleriq; scriptores scriptū reliquere/ Hadrianū Cæsarem medicorū turba periisse. Quippe uaria consilia/diuersaq; in maximis periculis remp. magis pręcipitāt/ q̄ ei auxilio sint. Nam hi deligendi sunt/qui rerū experientia/ætateq; plurimū polleant/ac calleant. Vnde Cicero ex Platone: Beatū eum haberi posse: cui contigerit & in senectute, ut sapientiam/uerasq; opiniones assequi possit, ut remp. ipsam recte cōstituere/constitutāq; optime regere ualeat. Ille præclarissimus architectus Dinocrates Macedon / dū Athon montē in statuā uirilē se formaturū polliceret, cuius lęua mœnia amplissimæ urbis contineret, dextra aūt paterā/quæ flumina montis exciperet/in mareq; profunderet. Hic oblectatus Alexander, expostulauit/agri ne essent/qui re frumētaria incolentes alerent: Qui cū respondisset, transmarinis subuectionibus. Nā sicut infans nec uiuere/aut crescere sine lacte nutriri potest, sic urbs sine fructibus agrorū. Quā fidem (inq̄) regibus suis parentes seruare queūt/quorū filii famę pereunt? Quid enī periculosius famellico populo? quē nō arma/nō magratus/nō iura diuina/aut humana/nō leges/nō pudor aliqs coercere pōt. Vñ Lucanus: Nescit plebs ieiuna timere. Et Cato: Si auribus oratio pagēda esset/facillime ipsę mulcerēt, Sed qa uētri ieiuno/ inediaq; obruto haud censeo orōnē exaudiēdā, sed modestia magisq̄ ciborū elegātia

desideranda est. Vnde Iuuenalis: Exul ab octaua Marius bibit. Et Ennius: Imperat excelsos frangere nona thoros. Precia quidem annonæ præscribenda sunt, ut apud Romanos lege Cornelia: Sylla dictator rebus precia minora præscripsit. Hinc ille Vlpianus iureconsultus: Deniq; (inquit) ita caueť / præterea debebis ita custodire / ne Dardanarii ullius mercis sint, ne ab his / q coemptas merces supprimunt, aut / a / locupletioribus / qui fructus suos æquis preciis uendere nollent / dum minus uberes prouentus expectant, annona oneretur honorant. Annonam etiam stateræ adulterinæ / de quibus Hadriano Cęsare iubente, & Paulo iureconsulto astipulante, rempublicam ipsam tueri. Nam nulli magis credit conuenire, nec alium sufficere ei rei / q̃ Cæsarem. Itaq; septem cohortes opportunis locis constituit / ut binas regiones urbis unaquæq; cohors tueretur. Præpositus eis tribunus, & super omnes spectabili uiro prępo sito / qui præfectus uigilum appellabatur. Vnde Aurelius iureconsultus: Credidit enim (inquit) princeps eos / qui ob singularem industriam / explorata eorũ fide / & grauitate ad huius officii magnitudinem adhibentur. Non aliter iudicaturos esse pro sapientia / ac luce suæ dignitatis / q̃ ipse foret iudicaturus. Nã putauere prisci Romani, eos / qui optime de republica meriti, quiq; magistratu functi fuissent / a / probatis uiris iudicari. Proinde ob probe gesta laudari, mallebant enim uirtute sola / munera / ac honores impartiri / referriq; q̃ ambitione. Nam ipsa perniciosissima res est / pariterq; turbulentas seditiones / ac conspirationes. Sed ut Plautus ait: Sat enim fautorum habet / qui recte facit. Hinc Marcellus / qui Gallorum ducem singulari certamine superauit, & Hannibalem docuit uinci posse / cum uirtutis ędem instrueret, honoriq; templum ædificauit / ut ad id (nisi per uirtutis ædem) nemo ingrederetur. Docuit igitur uir fortissimus solam uirtutem esse / quæ recta ad honorẽ duceret. Igiť in urbe recte cõstituenda / agri rite colẽdi sunt / nec cultores ab his distrahendi sint. Hinc Callistratus iurisperitus ex Platonis sententia / inquit: Si quis ipsos cultores agrorum, uel piscatores deferre utensilia in ciuitate iusserit, ut ea ipsi destituentur annonæ præ-

bitio/cum auocentur ab opere ruſtici/qui confeſtim ubi detulerint mercem tradere eam / & ad opera ſua reuerti debeant• Deniq̃(in‑quiens)ſũmæ prudentiæ/& autoritatis apud Græcos Plato, cũ inſtitueret queamadmodum ciuitas bene/& beate habitari poſſit•In primis iſtos negociatores neceſſarios dixit • Indiget etenim ciuitas pluribus/utiq̃ ruſticis/& aliis conductoribus/& cæteris miniſtrantibus/inuehentibus/& euehentibus• Hi autem ſunt negociatores• Afferens autem agricola ad forum aliquid eorum/quę facit, uel aliquis alius conductorum/non in idem tempus ueniet cum indigentibus/ea quę ab ipſo allata ſunt/permutare uacabit(inquit)ſua ſtatione ſedes in foro nequaq̃ ; ſed ſint / qui hæc uendentes ſeipſos in hoc ſtatuant miniſterium•Et(Diodoro autore) apud Aegyptios legem fuiſſe/qua ſinguli cogebantur nomina ſua apud prę ſides profiteri, & qua arte/quoue lucro uiuerent/oſtendere•Et ſi qui mentirentur / aut iniuſto quæſtu uitam ducerent , capite plectebantur• Nam nihil turpius eſt/ q̃ per ocium marceſcere / & uitam noſtram oſcitando conterere•Vnde Cato : Vitam humanam(inquit)eſſe ut ferrum/quod ſi exerceas conteretur, & cum ſplendore quidẽ/ſi minus exerceas rubigo interficit • Nam homines exercendo honeſte conteruntur, ſi non exercentur/inertia/atq̃ torpedo plus detrimenti afferunt/q̃ induſtria•Et idem Cato: Alibi cogitate animis ueſtris milites , ſi qui per laborem recte facitis , labor cito recedit / benefactum remanet, ſi qui autem per uoluptatẽ nequiter feceritis/ uoluptas cito abibit/nequiter autem factum perpetuo manebit• Tamen(ut Plato diſſeruit) finis præſcribendus eſt lucro/ propter uarios fortunæ caſus/ne decoquere cogant̃, ne illud eis accidat/quod Cicero M•Antonio obiecit: Tenes(inqt)memoria prætextatum te decoxiſſe/patrię inquies iſta culpa eſt, eteni ex pietate plena defenſio•Illud tñ audaciæ tuæ/q̃ ſediſti in quattuordecim ordinibus/cũ eſſet lege Roſcia decoctoribus certus locus cõſtitutus/q̃uis fortunę uitio/nõ ſuo decoxiſſent• Socrates quoq̃ cenſet magnis mercatoribus emẽtes(ut rurſus aliis uẽdãt)uituperãdos/niſi adeo imbecilles & inualidi ſint/ut aliud uiuẽdi genus minĩe exercere ualeãt• Cice‑

ro etiam refert, eos/qui parant/eaq; usui nobis sunt, & sine quibus minus cōmode uiuitur/non modo tollerandos esse, sed inter honestos ciues censendos/ut omne genus opificum/ quodq; utile sit parent, partim q̄ urbem diuersis ornamentis illustriorem reddant. Lex Solonis extollitur / qua cauebatur filium nequaq̄ parenti necessaria uitæ/subsidia debere, a/quo nullam artem accępisset. Et Iouis Olympii statua diutius Phidiæ nomen seruauit / Capitolini Mentoris. Sic Rhodii incendium/a/Demetrio ferendum/notissima illa Prothogenis tabula/ urbi/ & ciuibus pepercit. Vellere suo Seres laudantur/Tyros/& Memphis tenuitate telarū. Liuius etiā refert/lege Claudia/adiuuante C. Flāmimo cautum, ne quis Senator/Senatorisq; pater maritimā nauem/ quæ plusq̄ trecentarū amphoraꝝ esset/haberet. His satis habitum fuisse/ad fructus ex agris uectandos/quando quæstus omnis/ patribus indecorus uisus fuerit/ & si Cicero opifices omnes in sordido quæstū arbitratur uersari. Nam Socrates mercatores/& opifices publicis honoribus nō honestandos censet, & Aristoteles eos/a/magistratibus arcet. Lacedæmonii uero aurum/& argentū/a/rep. eiecere/ ferream quandā pecuniam instituere/ & ad agriculturā/ remq; militarem ciues impellebant. Hinc Cato interrogatus/ quid fœnerari sibi ad opes uideret esse, Quid homini(inquit)occidere. Vnde gratias fortunæ Zeno egit/& Phœnicem mercatus purpuram, & cum naufragiū ad Pyræum fecisset/ad Cratem philosophum se contulit/& ex mercatore illustris euasit philosophus. Nunc(inquit)secundis uentis/quādo naufragiū feci. Crates disseruit neminem posse opibus/& uirtuti simul indulgere. Et Monimus Syracusanus insaniam simulauit, ut a/domino respueretur/cum Messanius esset/ad Diogenem se contulit/maluit magis lucro/q̄ sapientia carere. Aristippus Cyrenaicus/ cum pecunia onustum seruum tardius incedentem/ itineris comitem haberet: Effunde(inquit)pecuniam puer/quo celerius ambules. Sed si quæ artes exercendæ sunt/hæ peragēdę/quę mortalibus utilitatem afferant/nō illæ/quæ nullius frugi sunt. Hinc Alexander illū derisit/ illusitq;, qui ciceris grana/ & longo spacio in acum

perforata sine frustatione confestim insereret/& eum ciceris modio donari iussit, quod quidem prēmiū industriē leuitate significauit. Sed Thebani legem statuere: Nemini licere ad honores reip. admitti/nisi prius annis decem ab omni quēstu/ac mercatura abfuisset. Et si Stoicorū sententia amplectenda esset/ qua dicitur solā uirtutem satis esse ad bene/ beateq; uiuendum/ non multis opus esset præceptis. Sed quando optima uitæ præcepta/partim utilitas/aut uoluntas/ceu perniciosus mos nobis eripit, pleraq; tolleranda/quē nōnunq̄ minus digna esse conspiciantur. Sed prisci Romani agriculturam exercentes/etiā ad summos magistratus euocarūt. Hinc Quintū Cincinnatem dictatorem edixere/& ab aratro deuocarūt, qui sextodecimo die(uictis hostibus) triumphauit / dictaturamq; deposuit/ ad agrūq; rediit/quasi ad incohatum opus perficiēdum. Et Fabius uicto Pyrrho, &/a/finibus Italiē pulso. Sic Curtius Dentatus uictis Sabinis. Itaq; Romanus ille populus in agris obduratus/orbis terrarū imperium/gentiūq; dominus/nō ignauia/aut desidia, sed robore/ac fortitudine nactus est. Hinc Cato interrogatus, quid nam agendo/quispiā locupletari posset? Si bene pasceret/inquit. Rursus, quid deinde faciendo? Si satis bene pasceret. Sic ille Agrauius Rhodius agricola in angulo angustissimo paruū prædium colebat/ab Apolline felicissimus iudicatus est. Etiam Eboici Hesiodum Homero prætulere/cū rem rusticam/& agriculturā magis approbarent/q̄ rei militaris disciplinam. Illa enim mortalibus uitam/ac felicitatem pollicetur, alia neces/ incendia/ urbiū uastationes/ac calamitates/& pernicies. Fabius Quintilianus Geometriam/Arithmetricāq; reip. summe necessariā, earum nanq;(ut inquit)cognitio animū agitat/ingeniū acuit/ celeritatem præcipiendi tradit. Numerorū quidem agnitio singulis pene artibus necessaria est. Nam hebetis ingenii est/uel manifestæ omnino desidiæ ea ignorare/quæ singulis qbusq; horis pnecessaria sunt. Quarū inuentorē Thalē Millesiū fuisse asserūt. Deinde Pythagorā Samiū/qui eas oī cultu absolutas reddidit. Sed Aegyptii aū alios Geometriæ inuētione/& Phœnices Arithmetricē gloriāt. Sine his igr̄ duabus

disciplinis/neq; Astronomiã/neq; Musicen discere ualemus/& Architecturam omnino ignoraremus/ambitumq; urbis/nisi optimus architectus/nec pinnas constituere potest ad hostium arcendos impetus. Nam prisci artifices ex interuallo crates/puteos/tabulas/suberum cortices expendebant/quibus contra sagittaꝝ ictus protegebantur. Vestis stragula/ubi improuisus/ac repentinus hostium aduentus fuerat, pinnis superextensa sagittarũ ictus optime excipiebat, nec facile transfigebatur/fluctuabat siquidem/ ac cedebat. Et Varronis est sententia/pinnas esse apud priscos, illas/ quas milites insigniti gestabant in galeis/in conis galearum/cristarũ ornamenta. Unde Plinius: Structio(inquit)parit oua grauissima, & pro uasis quodãmodo habita/conusq; bellicas/& galeas eius adornãt pennæ. Et Quintilianus: Pinna est acutum securis utrinq; habens/unde bipennis dicitur. Error(inquit)est eoꝝ/qui/a/pẽnis duabus hoc esse nomen existimant, pinnas auiũ dici uolũt. Et Maro de Cycni filio: Cuius olorinæ surgũt de uertice pennæ. Pernecessaria etiam & porticus/theatra in optima rep. Hinc apud Athenienses/& philosophi in porticibus disserebãt, unde nomẽ Stoicæ sectæ adhęsit/ & Cinicæ ut pleriq; existimant. Unde illud Diogenis/cum carperetur q sine domo esset: Athenienses(inquit)sibi pulcherrimã condidisse, digitoq; Iouis porticũ ostendit. Et priscoꝝ etiam mos erat in triuiis/& compitis sacella extruere/ in quibus mortales rei diuinæ operam nauarent. Hinc Propertius: Flore sacella tego/uerbenis compita uero: Et crepat ad ueteres herba Sabina focos. Instruebantq; uias. Nam Claudius Appiam strauit uiam Roma Brundusium usq;. Nã apud priscos maximæ laudis fuit uias sternere. Unde Marcus Aemilius/& C. Flãminius duas strauere uias cũ Ligures superassent, &/a/suis nominibus nũcuparunt/Flaminiam Roma Ariminũ usq;, & Aemiliam Roma quoq; Bononiam usq;, Terracina Minturnũ ultra uia est/ quæ Appia dicitur. Instruebantq; mœnia/ne facile hostis adhęrere posset, iccirco pręcipitia/& amfractus eligebant/qui mœnia tuebantur/aditusq; oppugnãtibus pręcludebant/nec aries adhærere ualebat. Sed cum nostro æuo nouũ

genus tormentoꝝ adinuentum sit/ad fulminis instar, cui bombardæ/a/tonitru/ac sono horribili nomen est. Huic equidem nõ mœnia, non propugnacula, non arces, nõ turres ipsæ resistere queunt. Sed prisci contra arietis ictum/aggestæ terræ murum quasi materiem erigere solebant. Veteres etiam constituebant amphiteatra, theatra, thermas, templa, fora, emporia/quæ structuræ urbes illustriores/ & longe conspicuas reddebant. Hinc illud Dianæ Ephesiæ templum/Amazonũ pulcherrimũ opus, ꝙ cum Xerses Asiam omnem/templaq; igni/ferroq; uastaret, huic uni pepercit. Non sic Herostratus uir ille perniciosissimus, cũ uirtute illustrari nõ posset/ scelere gloriã sui nominis propagare studuit, incendio templo consumpto ea die (ut autor est Cornelius Nepos) qua Magnus ille Alexander Pellæ ortus est/ trecentesimo octuagesimoquinto anno post urbem conditam. Sed Ephesii paulo post pulchrius restaurauerũt/Dinocrate architecto præsidente. Sic apud Magnesios opus pulcherrimũ Apollinis architecti/& Hermogenis opus pulcherrimum/eidem simulato numini dicatum. Theatrum aũt Proscœnii pulpitum/acutissimã rationem exigebat. Sic etiam Orchestra/ in qua sedibus loca Senatoꝝ designabantur. Scænæ ad fabulaꝝ argumentum/ ac rationem constituebantur. Earum genera tria erant, Vnũ quod Tragicum columnis/ fastigiis/ regalibus ornamentis, Secundum Satyricum/quod ornabatur arboribus/speluncis/montibus/reliquisq; rebus agrestibus, Tertium Comicum/ ad imitationem priuatorum ædificioꝝ. Hoc tamen cõmune erat omnibus spectaculis/eorumq; partibus/ ut parietes nõ pinnis, sed exporrectionibus/coronis præcingebantur. Fora uero rotunda constituebant Romani ipsi, Sed Græci in quadrata forma/ duplicibusq; porticibus, Sed Itali oblonga specie delectati sunt, qui gladiatoria munera / & alia huiuscemodi impia spectacula in foro dare consueuere. Nec illa in rep. ædificia cõdenda sunt/quæ exhauriant urbem omnem, ut de Nerone carmen extat: Roma domus fiet Veios migrate Quirites: Si non & Veios occupet ista domus. Nam (ut Cornelio placuit) tales ædes ædificari iussit, ut nõ urbem ipsam illustra-

rent, sed urbis ruina essent/ in quibus nō tantum aurum/& gēmæ miraculo fuerunt/q̄ arua/& stagna/& in modum solitudinis, hinc syluæ/inde aperta spacia/& prospectus, magistris/& machinatoribus/etiam quæ natura negasset/ per artem tentantibus, & uiribus principem illudentibus. Vnde Martialis: Hic ubi conspicui uenerabilis Amphiteatri: Erigitur moles / stagna Neronis erant. Hic ubi miramur uelocia munera thermas: Abstulerat miseris tecta superbus ager. Claudia diffusas ubi porticus explicat umbras: Vltima pars aulæ deficientis erat. Sed extruendæ ædes sunt longo ordine/ad pares dimensiones constituendæ/ut speciem urbis ornent ad usum/ ac cōmoditatem, neq; in ea ulla sit pars uacua/ aut inutilis. Nam (ut Cicero disseruit) uiri dignitatis domus ornanda est/nō autem ex domo tota quærenda/nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. Et alibi idem Cicero: Dignitatem auget ædium pulchritudo. Asserit nanq; L. Octauiū ædificasse in palatio præclaram/& plenam dignitatis domū, quæ cum uulgo uiseretur suffragata domino/nouo homini ad Consulatum putabatur. Sed Plutarchus minorem illum Aphricanū ullas extruxisse ędes, ita & Cornelius Nepos de Pomponio Attico disseruit. Et idē Plutarchus ait: Tubero/Pauli Aemilii filiam/bis cōsulis/& bis triumphalis/in uxorem duxit, qui summæ autoritatis uir, sed ita tenui patrimonio fuit/ ut sexdecim uiri/ in eadem Tuberonū familia simul in unis ædibus/ & modicis quidem/ cum coniugibus/ac liberis uiuerent, nec modicæ domus eam puduit. Quippe/quæ nō paupertatem exhorruit, sed uiri uirtutem admirata est / perq̄ quidem pauper erat. Aquæ etiam deligendæ sunt ad urbis usum/ & ad omniū rerum utilitatē. Hinc Aegyptii ante numinū ædes/ac templa/ aquæ hidriam constituebant/ut ingredientes conspergerentur/procumbentesq; sublatis ad cœlum manibus/diuinę maiestati gratias agerent/ꝓ munere saluberrimæ aquæ affecti fuissent. Hinc Tiliadum montem Molossos/ Theopompus centum fontibus nobilem facit. Et Magnesia longe præclarior/ob fontis excellentiam/ quem musis dicatum poetæ referūt. Vnde Claudianus: Nō eum neutiq̄

cariturum Mareothico/aut Chio uino fecit, ſed noxia/& inſalubri aqua/cum ait: Illum non uario traxit fortuna tumultu: Nec bibit ignotas nobilis hoſpes aquas. Hinc Virgilius de Archadiæ fonte: Proetides implerunt uanis mugitibus orbem. Nam qui uini odiũ eius latices haurientibus/q̃primũ eoſq; abſthemios facit. Ad hunc fontem ferunt poetæ Melampũ furorem filiaꝝ Proeti curaſſe. Sic & in Macedonia fons eſt Succiſtyges nuncupatus / formidabilis, qui omne æs/& ferrum exurit, uirus hoc/niſi equi ungula continetur/ quo Alexander ab Antipatre Macedoniæ præfecto extinctus fuit. Sic in Epyro ſacer fons, cuius aqua frigidiſſima ardẽtes faces immiſſas extinguit, extinctas uero contactu accendit, in meridie deficit, media nocte exuberat. Eſampæus fons Scythaꝝ amarus. Hipanũ fluuiũ ante permixtionem potu amœnũ / cum illi miſcetur reddit impotabilem. Bebris fons apud Garamentas/a/meridie uſq; admediam noctem feruet, inde uſq; ad meridiem friget. Sic Hyeropolis apud Phrygiam puteũ fuiſſe aſſerũt/unde noxius ſpiritus exhalabat/mortaleſq; omnes pręter ſpadones interimebat. Et Lyriopæ fons/quem inſpicientibus ueram imaginẽ reddit ad ſpeculi inſtar, in quem(ut poetæ fabulãtur) Narciſſum ſeipſum aſpexiſſe/ & propria forma demerſum. Sic Hyeropolis(ut Strabo refert)aquam eſſe/adeo in faciendis lanis idoneam/ ut radicibus quibuſdam herbaꝝ dilutis/colore cum his decertent/quæ cocco murice/aut purpura infecta fuerint. Idem refert apud Soanes/qui Colchidis populi ſunt/torrentes eſſe/qui aurum deferunt/ unde aurati uelleris fabulã confictam eſſe exiſtimant. Flumina etiã eſſe in Arabia/ut Cymbes, ubi gemmaꝝ plurima genera inueniuntur. Sic & Pactolus Lydiæ/qui & auriferam harenã habere dicitur/a/poetis. Et Arimaſpa/ex quo Scythæ aurũ legunt. Et Ammianus Marcellinus/Iulianũ Cæſarem Caſtalii fontis fatidicas uenas recluderet cogitaſſe/quas obſtruxerat Cæſar Hadrianus ingenti ſaxũ mole, ueritus/ ne ut ipſe præcinnentibus aquis capeſcendã remp. cœperit, etiã alii ad ſimilia docerentur. Et Vitruuius Paphlagoniæ fontem eſſe dicit/qui uino mixtus eſſe uideatur. Similis Lyceſius Thracię

in cuius ripa uiatores plerũq; ebrii/ac dormientes inueniuntur. Et Lepisini fontes habent/ quoq; aquæ aceto mixtæ esse uideantur,& ieeirco ęgrotãtibus gratissimæ sunt. Caria quoq; fontem habere di citur/q̃ ex eo potãtes molles/& effœminatos reddit. Et apud Leon tinũ Siciliæ oppidũ fons cernitur,quem multis laudibus Poetę ce lebrarũt/medicasq; uirtutes habere/ & nõ minus per eũ iurare for midabãt/q̃ per Stygiam paludem. Sic de alio fonte Lucretius ceci nit : Est apud Hammonis fanũ fons luce diurna : Frigidus/& cali dus nocturno tempore fertur. Et apud Cyconas fluuius inuenitur cuius liquor epotus/præcordia uertat in silicẽ. Apud Tharson Ci liciæ urbem fluuiũ esse Cydon nomine,in quo aliq̃diu abluti atti culari morbo liberanť. Nam de Hypane Scythicorũ fluminũ prin cipe/de quo Gallus poeta : Vno tellures diuidit amne duas. Sepa rat enim Asiam ab Europa/uarias naturas habere referũt. Et apud Phrygiam Gallum fluuiũ esse dicunt, ex quo potantes insaniunt. Vnde Ouidius : Cur igitur Gallos/qui se excidere uocamus: Cum tantũ/a/Phrygia Gallica distet humus. Inter ait uiridem Cybelen altasq; Celenas : Amnis it insano nomine Gallus aquæ. Qui bibit inde furit/ procul hinc discedite,queis est : Cura bonæ mentis/qui bibit inde furit. Et in India lacum esse/in quo sereno cœlo magna olei uis supernatat. In Syria lacũ esse(Marcellino autore)in quem Tygris mergiť,& p subterraneũ cursum nõ longe/a/lacu emergit. Et Lyparis Siciliæ fluuius habetur / in quo nantes unguntur. Et Susis in regione Persarũ/qui potãtibus dentes excutit,abluentibus aũt saluberrimus est. Pomponius Mela refert in fortunatis insulis duos fontes esse,unus quem gustauerit risu soluitur,ex altero bibe re sanus efficiť. Et Chius fons/in quo poeta Græcus scripsit aquas suaues habere,sed haurientes in saxa cõuertere. Tamẽ Vitruuius/ & Cornelius Celsus/legumina optime aquã probare/ cũ in ea con iecta fuerint / ad ignemq; admota si celeriter percoquantur, aquæ etiã calidæ/quæ medicã uim callent/ad reip. salutem conferunt be ne/nam sulphureæ sunt. Et poetæ de balneis/calidarũq; aquarum edixere. Hinc Sillius de Aetna ita cecinit ; Nocte/ dieq; fonte/e/

Phlegetontis/& antro: Flammaq; exundat torrens/ puraq; procel/la: Semiambusta rotat liquefactis saxa cauernis: Turbine/& assi/due subnascens perfurit ignis/& de Lypare. Idem alibi de Lypare: Vastis subtes depasta caminis: Sulphureũq; uomit excelso de uerti/ce fumũ. Et Claudianus: Ceu ruptis inferna ruunt incendia ripis: Et nostro Phlegeton deuius orbe caret. Sulphuris in uenas geli/dus cum decidit amnis: Accensusq; fluit/quod manifestat odor. Si quidẽ(ut censeo) mortalibus natura consuluisse uidetur/ quæ has protulit aquas ad hominũ salutem. Vnde idem poeta: Q d si forte malus mẽbris exuperat humor: Languida uel nimio uiscera felle rubent: Nõ uenas resecãt/nõ uulnera uulnere sanant: Pocula/uel tristis gramina mixta bibũt. Amissum lymphis reparãt impune ui/gorem: Pacaturq; egro luxuriante dolor. Et q̃uis Lachesis lętali sta/mine dãnet: In se fata sibi prosperiora petũt. Sic Puteolanæ aquæ/ & in agro Senensi non dissimiles/Viterbianæq; in Hetruria/unde prisci illi nõ tantũ urbes/oppidaq; conderent, sed dũ castra statiua militum eligebant loca peractis sacrificiis, ubi saluberrimæ aquæ/ etiam calidæ(si loci ratio permittebat)ut milites incolumes redde/rentur ex medica aqua/a/natura emanata/ nõ arte. Nã & medicus ipse(Cornelio autore)sicut alimenta sanis corpibus agricultura/sa/nitatem aũt medicus promittit. Hanc aũt disciplinam Apin Pho/ronci/& Pythonis filiũ inuenisse perhibent. Fuit enim Aegyptiorũ rex/& in numen relatus/ob eius ingenii magnitudinem/ & Osyris appellatus/ q̃uis cum Aegyptii Apollinẽ putauerint/& uaticinãdi peritissimũ, tñ fatum suũ haud præsciuit. Nã Ochus impiissimus Persarũ rex eum necauit/ & in mensa amicis epulandũ dedit. Nec Dialecticã/a/rep. excludendã duxi, quippe adulescentibus ingeniũ acuit/ad ueritatẽq; eruendã maximas uires habere cernitur. Nam cum duo sint orationis genera, alterũ perpetuũ/cui oratoria pręest, alterũ concisum/cui dialetica: Vtrũq; necessariũ est, unũ probare, alterũ persuadere uolenti. Tametsi primũ illud magis ciuile esse uideatur/ quãdo suadendo molliori quadã uia animos in uolũtatẽ suã alliciat, hoc uero secundũ magis extorquere uidetur, Caietano

Antistite autore)Nam quod probare nititur/ & quibusdã concisis rationibus nos in sententiã suã rapit / cogitq; ea fateri uerbis/ quæ nonnunq̃ animo assentiri ualemus. Has tamen disciplinas Zeno adeo coniũxit, ut hanc complexæ in pugnũ manus/illam uero explicite/ ac plane similem esse differeret. Cleoaniũ tyrannũ cum/e/ patria eiicere conaretur/captus ad torturã deductus/ut coniuratos proderet Zeno tyrãni amicos/conspirationis socios fuisse asseuerauit, quos cõfestim interemit. Sed cũ eũ ulterius sciscitaret/simulauit ad aurem principis loqui uelle, qua quidem mordicus auulsa, eam expuit in tyrãni conspectu, & Laertio autore/cum amicis destitutũ/& auricula inhonestatũ reddidit, & ciuibus uniuersis adeo infestum/ ut paulo post lapidibus obrueretur. Astu igitur/& prudentia id assecutus est/quod uiribus minus consequi poterat. Mathematicen disciplinã necessariam fore reip. Pythagoras disseruit. Censuit enim sapientiam eaꝝ rerum esse, & frustra opinabatur/q̃q̃ philosophari/qui eam nõ modo primoribus labris(ut dicitur)attigerit/uerũ omnino exhauserit. Hinc Hesiodus: Pleiades est subigenda seges Atlantidos ortu. Sic & Lucius Columella/ rei rusticæ maxime necessariam. Millesius Anaximander Lacedæmoniis edixit, ut urbem/ac tecta custodirent/instaret enim terrę motus/quod ita extitit, nam magna urbis pars cõcidit. Vnde uir ille Romanus P. Nigidius Figulus cum percũctaretur/cur gemini diuersa haberent fata/ cum & geniti/& orti iisdem syderibus essent/& ipse artis suæ partes tueretur/ negaretq; id fieri posse, propter celerem orbiũ cœlestiũ motũ/id hoc pacto ostendit. Figuli rotam magna ui concitauit/& eodem ictu duas atramenti guttas liquauit/& desistente motu longo interuallo/ in extremitatibus rotæ guttæ inuentæ fuerunt. Quemadmodũ(inquit)cũ tam celeri uertigine cœlũ rapiat, posse gigni / & oriri geminos eodem sydere/ cum figuli rota paruo concita cursu/ excussas guttas eodem momento/ tam diuersis locis ostendat. Quod quidem inuentũ ita audientiũ mentes pellexit/ut disputationis palmã/ & perpetuũ cognomentũ autori suo dederit. Veteres etiã illi/ad urbiũ necessitatem nemora/& syluas/ad utilita

temq exoptabant/nõ longe/a/pascuis humanã. Nanq uitam omnibus fere in rebus adiuuant/adeo, ut secundum segetem optanda sint/nisi elemento ignis carere uolumus, etiam ad animi laxationẽ conferunt. Hinc Virgilius: Venatum Eneas unaq miserrima Dido: In nemus ire parant/ ubi primos crastinus ortus: Extulerit titan/radiisq retexerit orbem: Spumantemq dari pecora inter inertia uotis: Optat aprũ/aut fuluũ descendere monte leonem. Vnde laudatur (Vitruuio autore) Marcus Curius/ qui iurauit ex preda nihil attigisse/præter guttum sanguineũ/quo sacrificaret. Sic Prænestina urbs (Plutarcho autore/Aristhidideq) Thelogonum Vlyxis/ & Circes filium, urbi nomen eiusmodi euentu tradidisse/cum patrem exquireret. Responso accępto/ut eo loci saltantes cerneret, ibidemq colonos ilicis ramis coronatos conspexit/urbem condidit memor oraculi. Vnde Strabo ciuitatem multaꝶ coronaꝶ eam uocat. Et si Virgilius aliter autumat: Nec Prænestinæ fundator defuit urbis: Vulcano genitũ pecora inter agrestia/ regem: Hunc legio late comitatur agrestis: Nec taxum/aliasq noxias arbores permisere in nemoribus prisci. Et Virgilius: Sic tua cyrneas fugiant examina taxos: Palmã ut plurimũ extollere. Hinc Plutarchus/ in certaminibus uictoriæ signũ esse / quia ingeniũ eius ligni, Sic urgentibus/ deprimentibusq ponderibus nunq̃ cedere. Ammianus etiã refert: Palmas maritali affectione ad inuicem se diligere facile queas/sexu discerni posse/indigenasq locoꝶ asserere fœminã arborem/maris seminibus illatã / fructus generare quãdoquidem inter se mutuo amore delectãtur. Sic etiã in Largino oppido (Iulio Cęsare autore) cum Cęsaris imperiũ detractaret/portam/ac turrim larignis trabibus transuersis/a/militibus igne emisso/ intacta remansere, Cæsar rei nouitate motus/cum oppidani timore pręcincti/fidei Cæsaris se permisissent, percũctatus Cæsar/quæ nam ligna essent/ nec ab igne lederentur/ Largin ũ arborem ei ostendere/a/qua oppido nomen inditum erat.

Finis Noni libri.

p HILIPPVS MACEDONVM REX illius Magni Alexandri pater/cũ opprimere Atheniensiũ libertatem statuisset, dari sibi urbis sapientiores postulauit, ut eoꝝ consiliis spoliata ciuitas facilius in discrimen/& seruitutem traheretur. Intelligebat/percipiebatq; callidus rex/nõ plus foris ualere strenuũ militem/q̃ egregium ciuem domi/ad remp. tuendam/defendendãq;, a/quo cũ esset destituta/citius q̃/a/milite deserta caperetur. Sic apud Homerũ: Agamennon plures sibi dari in castris Nestores/q̃ Achilles, quoꝝ alterius manu, alterius consilio præpollerẽt. Sed nec magis sunt transfugæ in exercitu ducendi/ q̃ mali ciues in rep. regenda fugiendi, illi uano impetu uix possunt nocere, hi semp uno consilio cuncta funditus labefactãt. Siquidem optimũ/a/malis consilium expectandũ nõ est, nisi/ut probi se præbeãt oppugnatores, & sint impedimento/quicquid ad gloriã/ ad honestatem decernatur/ ad decusq;. Propensi ad libidinem/ad iniurias inferendas/ad excitandas seditiones/reip. quoq; statum euertendũ. Hinc Romanoꝝ illi prisci censores/qui pessimũ quemq; Senatu pellerẽt/qua dignitate / magistratuq; : qui sanctius floruisse(inquã) illorum rempublicam conspicimus/q̃diu ualuere proborum consilia. Inde uero/q̃ ad nefarios imperium/atq; reipublicę cura perducta fuit, ortæ dissentiones ciuiles/intestinaq; bella/ discordiæ urbem/imperiũq; sustulere. Quippe haud ualent improbi honesta suadere, quibus ipsi sunt infensi/nec præstare queunt. Quis(inquã)legem aduersus seipsum ferat? quis suffragium? quis consilium? Num morãdum ut/a/ fure/a/ raptore, rapinæ, furta, latrocinia, aut ab incestuoso/ adulteroq;/incestus/ & adulteria reprimantur? En ipse potius obstabunt / maximoq; conatu aduersabuntur. Comprimentibus accedit ratio seruitutis / quæ longe bonis / q̃ improbis est infestior. Gaudet libertate probitas/ quæ in institutis/& maiorum moribus condita est. In turpitudine uero nihil ęque/atq; licentia oblectat/q̃ nisi obrutis/septisq;/ac conculcatis pristinis legibus/atq; institutis/ cũ autoritate leges/optimiq; mores intereãt/ decidit exẽplo in ser-

uirtutẽ/ quã probi nullo modo/impii facile pferunt. Siquidẽ probõ inest consiliũ/pectusq; uiuax/industria in rep.gerẽda/fortunatã audaciã in periculis adeũdis/ in sustinẽdis laboribus. Nõ immemorẽ ueterum beneficiorum/nõ bonorum præsentiũ/nõ opes/ nõ pręsentiæ dignitatẽ/ nõ animũ ad patranda quæ accępta sint probis/ ac uirtuti deditis. Indigna uideant̃, sciunt equidẽ probi mansuete imperare/ æquitatẽ/atq; iustitiã/ac pietatẽ mortalibus prębere, & legibus ita obtemperare/ut aliis morate/ ac sancte niuendi exemplo sint. Iura quoq; humana/diuinaq; mirifico colũt studio. Deniq;/quis enĩ uel regere cõsultius/uel sapientius gubernare/q̃ diuinarum,humanarũq; legũ,quibus omnia reguntur/ac gubernant̃,plenã fuerit/pfectãq; notitiã consecutus. Hi quidẽ,qui probitate callent/suapta ui,non solũ natura mansuetos, sed rerum etiã industria/& bonis artibus, & in primis sanctissimarum legum institutis exornatos cõspicimus. Hinc Plato: Beatas fore resp. quę/a/sapientibus regerent̃. Quippe multi præclari uiri etiã monumentis prodidere, sed eis nos multo beatiores/ac omniũ felicissimas existimamus/quę nõ/a/sola sapientia præditi,sed/a/uiris relligioni additis, ĩmortaliq; deo accęptissimis hoĩbus regunt̃/gubernãturq;. Siquidẽ legibus ipsis obtemperando/parentẽ naturã illã imitant̃/quæ quidẽ solos homines rationis pticipes ex omnibus animalibus effecit. Cum ratio ipsa sit/quę ostendit/quæ agẽda/quęue fugienda sint/eadẽ habitu mentis confirmatam prudentiã in nobis efficit(ut Caietanus Antistes disserebat)quæ seminariũ morũ/ & legum est,& fundamẽta iacit omniũ præclarissimarum actionũ. Hæc(inq̃)docet mortalem ad iustitiã esse natũ,nã cũ genus suũ amet/& cõgregabilis sit/ac cõsociabilis. Nulla deniq; societas sine iustitia firma aut stabilis esse põt. Ad illã uel in primis natus homo cernit̃/cui pręcipue indulget. Nã/ut Cicero edocet, Lex omnis ad salutem humanæ societatis/incolumitate ciuitatis/ uitãq; singulorum quietam/ac beatã. Siquidẽ primũ iustitiæ munus est iustitia erga deũ, cuius quidẽ uirtutis nullũ aliud aĩal pter hoĩem esse cernit̃/solus ipse deũ cognoscit/eũq;ut autorẽ mũdi/ac architectũ/& opificẽ/ effectorẽq; rerum oĩum uenerat̃/ & co-

sit,a/quo quidem se ptícipem rationis peractum esse dignoscit. In quo cum iustitiam suã esse cernat/iustitiæ se/ut imitatorẽ ostendat oportet, si sui similis esse uult,&/a/propria natura neutiq; aberrare. Sane imortalis ille deus humanæ naturæ cõdonauit seminariũ uirtutũ/uel igniculos quosdã(ut aiunt)qui si adoleuerint/nec malis moribus deprauati fuerint/perfectam in nobis naturã pariunt: Quæ quidẽ uirtus est/quę nos beatos efficit,&(ut Stoici affirmãt) sola satis est ad bene/beateq; uiuendũ. Cuius iustitiæ minister rex ipse/iure gentiũ/eiq; imperiũ condonatũ. Siquidem principi iuste ac legitime imperãti parere priscis ęquius uisum est. Homeriq; testimonio cõprobari perhibetur, nõ posse rem bene geri multoꝝ imperio/naturãq; ipsam imitandã. Nam deũ unũ rerum omniũ conditorem/ ac motorẽ ueneramur/ cuius imperio omnia regũtur. Sic solem unicum dei præsidem esse conspicimus, tenebraꝝ/ ac noctis lunam cernimus, in apibus regem suũ habere quis ambigit? ut sedulas apes ad munera obeunda fauos componendos reddat, ut in gruibus. Xenophon in Cyro/bene institutę reip. iusti principis dominatum præferre uidetur. Hinc Athenienses facilius Cœcropem q̃uis Aegyptiũ(regem tulere)q̃ Pisistratũ loci indigenã. Ille nanq; potiori ingenio/& æquo pene iure cum Atheniensibus uiuebat, cuius prudentia eoꝝ ager in cultura/ac mercatura/nauigationeq; auctus extitit, ac ab ipso Cœcropia nuncupata. Neptunnũ ipsum ac Mineruã imitatus in agris excolẽdis/ oliuis/ arboribusq; inserẽdis/ ac rei nauticę/mercaturæq; studuerint. Et apud Romanos Marcũ illũ Antoniũ Stoicũ/quem propter uite innocentiã/ac sanctitatem principibus omnibus prętulere. Cyrũ ex Xenophõte in omni uita ita imperasse secũdo populi rumore/liberalitate/& aliis uirtutibus quæ quidẽ multa fuere/& pene(ut Historici autumãt)diuinæ. Et in Alexãdro illo Magno/Cęsareq; Dictatore/cum inumeris prediti fuerĩt uirtutibus/liberalitate sũma fulsere, q̃ nulla gratior/ admirabiliorq; hoĩ ipsi/mortaliq; uidet̃. Beneficẽtia/ac liberalitate polleri ac illustrari/q̃ reliquos oẽs mortales ita anteire/ut sibi solis sites esse uiderẽt̃, tribuebãt.n. assidue ita mlta his/quos bñ meritos de mor-

talium genere cernerent, ut beatiores interdum iudicarentur illi, qui ipsorum fruerentur munificentia / q̃ ipsi, qui tam magna elargiri ualebant. Profecto nihil hominis natura melius habere potest (Plinio autore) q̃ ut uelit, nec fortuna ipsa maius / q̃ ut possit plurimis prodesse. Sed cum singulorum opes tenues plerũq; sint / ut si maxime etiam cupiant / nequeãt bene merentibus liberales esse / aut parem gratiam referre. Soli reges / ac principes largiri beneficia / ac magnanimi esse possunt, cũ uero quibus uirtutibus pręstant / iure optimo qui imperent digni sunt. Q̃d si his haud imbuti / reliquis mortalibus pares fiũt / cũ percipiãt / qua ex re cęteris præferendi sint. Hinc Chilo Lacedæmonius / unus ex septem Græciæ sapiẽtibus, qui uirtutibus pene omnibus affluebat / nulla tamen magis / etiã senio affectus / gloriabatur / q̃ benignitate / ac liberalitate, nihil se in omni uita ingrate unq̃ egisse. Sic Ethcocles rex / qui ortus putabat ad largitatem / ac liberalitatẽ / munificentiãq;, is hunc affectũ nõ modo pro uirtute, sed pro diuino quodã numine habuit; Nã primus omniũ Gratias deas esse dixit / eisq; templũ miro decore erexit / sacrificiũq; magnis largitionibus instituit. Fuit eni Orchomeniorum rex opulentissimus. Orchomæ urbs tantæ opulentiæ extitit, ut / a / Thebanis tributa acciperet. Et Homerus / pares diuitias Orchomeniorum / & Thebanorum ait. Siquidẽ / qui opera in uirtute (Cicerone asserente) & industria liberales sunt / & benefici, primum q; plurimis profuerint / eo plures ad benefaciendũ adiutores habebũt. Deinde cõsuetudine beneficentiæ paratiores erũt / & tanq̃ exercitatiores ad bene de multis promerendũ / cum beneficii magnitudo ex necessitate / & honestate ostendat. Hinc alibi Cicero: Equidẽ (inqt) nihil tam propriũ homini existimo / quod nõ modo beneficio / sed etiã beneuolentię significatiõne alligari, nihil porro tã imane / tam ferũ / q̃ cõmittere / ut beneficio non dicatur indignus, sed uictus esse uideat. Hinc Annęus Seneca: Melius (inqt) Alexander cum daret cuidã ciuitatem / non conuenire asserenti ciuitatem humili fortunæ suæ. Non quæro (inquit) quid oporteat te accipere, Sed quid deceat me donare. Nam nonnũquam magis nos noxios agit / qui parua condo-

nauit munuſcula, magnifice tamen/qui regum opes æquauit ani/mo / qui exiguum tribuit, ſed qui hilari animo/& paupertatis ſuæ oblitus/ dum in ea reſpicit/qui occaſionẽ/ qua prodeſſet, quæſiuit. Non ſic Anthigonus(Laertio aſſerente/Gneoq;)qui cum Cinicus ab eo talentũ expoſciſſet/reſpondiſſe perhibetur, Plus eſſe/q̃ Cini/cum deceret petere. Repulſus/poſcit denarium:/ ab eo reſponſum, Minus eſſe/q̃ regem deceret dare. Turpiſſima huiuſcemodi cauil/latio. Inuenit enim quomodo neutrũ daret. In talento Cinicum, in denario regem reſpexit, cum poſſet & denarium Cinico condona/re/& talentum tanq̃ rex. Quippe(ut Valerio placet)liberalitati/in quiens/quas aptiores comites/q̃ humanitatem/& clementiã dede/rim, quoniam idem genus laudis expetunt: quarũ prima inopia, proxima occupatione, tertia ancipiti fortuna præſtatur. Cũq; neſ/cias/q̃maxime probes, eius tamen cõmendatio præcurrere uidetur/ cuius nomen ex ipſo nomine quæ ſitum eſt. Vnde Naſo: Sit piger ad pœnas princeps/ad præmia uelox: Quiq; dolet quoties cogitur eſſe ferox. Hinc Menãder: Principatum aſſecutus/ſis hoc dignus. Imago aũt rex eſt animata dei. Hinc Flaccus: Latius regnes aui/dum domando, Spiritum/ q̃ ſi Lybiam remotis, Gadibus iungas/ & uterq; Pœnus, Seruiat uni. Siquidem propriũ regis eſt / deum ipſum imitari/ea etiã nõ petenti condonare. Vnde Gneus: Si deos imitaris/da etiam ingratis, nam & ſceleratis ſol oritur / & pyratis maria patent. Dii rerum omniũ optimi autores/ ignorantibus be/neficia dare incipiunt/ingratis perſeuerant. Nõ ceſſant dii benefi/cia congerere/unã ſortiti intentionem/ ſcilicet prodeſſe. Imitemur illos/demus etiã, & ſi multa in irritum data ſunt, ingratus eſt, non fecit mihi(inquit)iniuriam, ſed ſibi: Nam gratum beneficiũ ſem/per delectat, ingratũ ſemel. Nam bona ipſa tum pulcherrima eſſe noſcuntur(Seuerino autore) quando uſu largiendi deſinunt poſſi/deri. Hinc illud Claudiani ad Theodoſium: Tu licet extremos la/te dominere per Indos: Te Mœdus, te mollis Arabs, te Seres ado/rant. Si metuis, ſi parua cupis, ſi duceris ira: Seruitii patiare iugũ/ tollerabis iniquas: Interius leges/tunc omnia iure tenebis. Cũ po/

teris rex esse tui, procliuior usus: In peiora datur, suadetq; licentia luxum: Illecebrisq; effrena fauet, tunc uiuere caste: Asperius cum prompta Venus, tum durius iræ: Consulimus, cum pœna pater, sed comprime motus: Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit: Occurrat, mentemq; domet respectus honesti. Extollitur (inquã) a/priscis Protheus Aegyptiorum rex/ ob Helenam pulcherrimam aduenam/ tamen & indigenam/ & raptam/a/Paride, pudice ueneratus extitit. Protheum siquidem in uarias formas/utpote fabulantur/in taurũ, anguem, leonem, arborem, ignem, aquam/ se transformare solitum autumãt. Ea (inquã) ratione finxere Aegypti præsides ad stuporem/superstitionem/ad ornatum regiæ maiestatis super caput leonis, tauri, draconis, apricanis/priorem partem quandoq; arborem, ignem, aquam/ quasi insignia principatus ferre solebant, in mathematicis (ut ferunt) peritissimus. Eo imperante/Alexander Priami (rapta Helena) cum in patriam remearet/in Aegeo iactatus mari/tandem in Aegyptiacum pelagus ad Nili ostiũ, ubi Herculis templum/a/ Itulia illa gentilitate colebatur: Ad quod si seruus/ noxiusue confugisset/ sacrasq; accepisset notas, ut sacer inuiolabilis erat. Mancipia Alexandri/e/sanctitate delubri confisi/sacerdotibus heri scelere patefacto/illuc confugiunt, Illisq; adhuc loquentibus, Tonis regis præfectus conscius ad Protheum euolat, & inquit: Teucer peregrinus seducta hospitis uxore/ cum opibus Menelai ad tua ostia Nili appulit, uisne ille nefandus predo fecedat incorruptus? Ocius rex naufragos / & raptas opes abduci iubet/ hospitii infidelitatem Paridi obiectãs, fonti/e/portu pepercit, si tamen infra triduũ ad remotiora littora uelificaret. Helenam/a/ fure exemptam honorauit, quã cum allatis thesauris coniugi Menelao restituit. Quippe (Valerio autore) liberalitatis duo sunt maxime probabiles fontes, uerum iudicium, & honesta beniuolẽtia. Nam cum ab his oritur/nũc demũ eius ratio constat, dono autem ipsi gratiam/& magnitudo quidem sua, Sed efficaciorem aliquando oportunitas conciliat. Nempe reges / quiue reipublicæ profuturi sunt, duo Platonis præcepta teneant/quæ etiam Ciceroni pla-

cuere. Vnũ eſt/utilitatem ciuium ſic tueantur, ut quæcũq; agunt/ ad eam referant/obliti cõmodo℞ ſuorum. Alterũ/ut corpus totum reipublicæ/ nedum partem aliquam tueantur / reliquas deſerant, cum regale ſit(Cicerone autore)ſapere/& diiudicare. Moleſtæ aũt regum ſunt minæ, ut inquit Homerus. Et idem alibi: Non enim malum imperare/ſtatim ei diues domus fit/& magis honoratus ipſe. Vnde Criſpus: Si regum(inquiens)atq; imperato℞ animi uirtus ita in pace/ ut in bello ualeret, æquabilius/ atq; conſtantius res humanæ ſeſe haberẽt. Cum(ut inquit Vegetius)nullus eſt/ quem nõ oporteat/uel plura/uel meliora ſcire/q̃ principem, cuius doctrina debet omnibus prodeſſe ſubiectis, cum reges non faciant opes (ut Tragicus inquit)nõ ueſtis tyrio colore, nõ frontis nota regiæ, non auro nitidæ trabes: rex eſt/qui poſuit metus / & diri mala pectoris, quem non ambitio impotens/& nunq̃ fauor uulgi præcipitis mouet, quem nõ lancea militis/ nõ ſtrictus domuit calibes/ qui tuto poſitus loco infra ſe uidet/occurritq; ſuo libens fato/nec queritur mori, reges conueniat. Extollunt priſci Priami Troiani regis generoſitatem, & natos/nataſq; in faſtigio uirtutis, quo adeo inſtituit(cum nullus regum mortalium magis imitandum poetæ cenſuere robore/uaticinio/uirginitate/ſapientia/ab eo orti illuſtres fuere)ut Ilion toties direptum/ in tantis dotibus/ & clariſſimæ ſtirpi, ut nomen deleretur nuſq̃ obſuit/quia uirtutis fama nullos fortunę amittit hiatus. Sic Iulius Cæſar/Pompei ſtatuas diſtractas erexit. Hinc Cicero: Dum Cæſar Pompei imagines inſtaurat / ſuas ſolidiſſime firmat. Et cum in Hiſpania cum Pompeianis ciuilium bellorum reliquiis pręliari coactus/cum milites efferatos hoſtes obſtinatiſſime detractarent, ſalutis anceps ampla litatione de omni exacta felicitate/ſuperis gratias egit, quos uictoriarum ſuarum/& ne exactas fortunas in ſupræmo belli calce deturparent/exorauit: Victor ſacrificia diuino numini inſtaurauit. Et Alexander/cum Macedones Iaſonis templa/ & ſtatuas in Aſia eieciſſent, ſolus ipſe(Iaſone deleto)ueneraretur. Ita Salomon uirtute/prudentia/ſcientia/ opibus ſublimis ſoluto templo ingẽti, qua beatitudiue/ quo regno

prǽesset oblitus nõ fuit. Ne oĩum motor/opifexq; illũ ut impiũ/ingratũq; sperneret, innumerabiliũ uictimaꝝ Israhelitico populo cõspiciẽte solẽnia celebrauit. Hinc Osyris animi magnitudine orientem ipsum paterna eruditione/ & pietate potius/ q̃ grassatione uoluit subiicere. Siquidem in patria rebus bene dispositis/ ad Aethiopiã/ad Indosq; peregrinari statuens/comã/quoad denuo ad Aegyptum remearet/fouit. Regia hæc cõsuetudo apud errãtes/ut ante reuersionẽ intonsi manerẽt. In Aegypto inde inualuit/in castris non prorsus missilia, sed etiã musicos/scęnas/theatra/choreas astruens, & nouẽ uirgines canores/scientiis/modulisq; eximias habuit/quas uirtute claras/Græci nouẽ musas nũcuparunt. Itaq; Osyris prælia cũ pace cõmutans agriculturã/mansuescere/ditari/deũ uenerari/cęterosq; bonos mores efferatis gentibus ostendit. Proinde urbes regias/templa erigens/præfectos populis/ut tributa exigerẽt/iusq; dicerent impabat. Et(ut poetæ autumãt)unã ex his musis/absq; compressione peperissę. Siquidẽ Aegyptii reges tanta magnitudine/nobilitateq; pollebãt, ut nõ tãtũ urbẽ extruxerint, sed theatra/amphitheatra/templa/ delubra/gymnasiaq;, quoꝝ regũ Aegyptioꝝ sunt Thebę/centũ portas habentes. Pyramidesq; in Aegypto(ut quidã phibẽt)a/Ioseph Israhelitico regis ministro/ad frumenta cõseruanda excitatæ/una nomen accępit, Pyros enim tantũ dicũt/alii sepulchra esse ferũt/in ignis(quẽ colũt)honorẽ cõstructa/ ad eiusq; similitudinẽ in acutũ quadrata. Sic Babylonæ mœnia/a/Semiramide coctis lateribus ex bitumine cõpacta/trecẽtoꝝ in circuitu stadioꝝ/, in latitudinẽ cubitoꝝ octoginta patebãt. In Caria Mausolei sepulchrũ ab Arthemisia uxore conditũ. In Rhodo uero colossus/idolũ Apollinis sacrũ(ut Aristoteles)ęneam hãc colũnam/cubitis sexcentis. Capitolinũ Romanũ/& æreũ prisci extulere. Hadrianiq; templum erectũ in Cizico (Gregorio Nazanceno autore) Domitiani amphitheatrũ / de quo Martialis: Barbara Pyramidũ sileat miracula Menphis. Assiduus iactet/ nec Babylona labor. Nec Triuiæ templo molles laudentur honores: Dissimuletq; deũ cornibus ara frequens. Aere nec uacuo pendẽtia Mausolea: Laudibus inmodi-

cis Cares in astra ferant. Omnis Cæsareo cedat labor Amphitheatro: Vnũ pro cunctis fama loquatur opus. Sed iustius/æquiusue magnus/diuusq; Constãtinus/ac Basilius/ qui deo opt. max. tẽpla, & etiã Xenodochia erexere/ in quibus ægri/ac pauperes curarent/ ac educarẽtur, ut quemadmodũ tellus/ac pontus inuicem se iuuãt ac suscipiũt conspiciẽtes/ ita nihil magis dei gratiã promereri/q̃ benignitatẽ indigentes adiuuare, ut ea fama/ac celebritate, ut etiã diuites/a/ Christi relligione als aberrantes/ in hoc etiam eis prospicientes, ut superflua largirent/& alia euitarent mala, aut certe/ne reliqua eoꝝ in futuꝝ perirẽt bona. Hic(inq̃) ægri mala/& incõmoda æquo ferũt animo, & ob inuentã/nactamq; pietatem/ac misericordiã/deo imortali innumeras peragũt gratias. Excitauere(inq̃) illi pientissimi Xenodochia/ pietatis gratia tantũ, q minime sunt passi inopes/ ac debiles errare, & miseros spectaculũ corã aliis/ preeminẽti abiici/& expelli, quo ferme exemplo mortales ipsos cõsiderare maluere, ut quemadmodũ unũ est oium caput Iesus(ut Apostolus inqt): mortales ipsi in Christo mẽbra, & qui manus spernit/ etiã integrũ haud amplectit corpus. Hinc Salomon edocuit: Fœnerat/qui pauperis miseret. Siquidẽ(ut Cæsar Dictator differere perhibetur) Non eadem(inquiens) cõmilitones de rebus/ quæ ad remp. ptinent/atq; de priuatis rõne consultandũ esse censeo. Neq; enim, ut mea fert opinio(inquit) cuiq; ita resp. sic priuatæ administrãdæ/curandæue sunt. Quandoquidẽ nobis ea præcipue/quæ laudi/& emolumẽto esse possunt, pro rep. aũt nõ nisi optima quęq;/& honestissima eligere/atq; agere, nõ tantũ principi/ sed etiã ciui conuenit. Consentaneũ quidẽ est homines rerũ suaꝝ diligẽtes/& sollicitos esse oportere/cũ nihil secius ex ea minime qd decet nõ seruari solitũ sit, atq; etiã ignauissimus quisq; tutus posse esse uidet. At uero resp. ipsa si regis ocio/quę amplo præsertim/magnoq; excellit imperio, inertia/quieteq; periret, quod quidẽ omnibus sic esse cõstat, hoc nõ ab hominũ arbitrio institutũ/ sed ab ipsius naturæ legibus impositũ/& longa tempoꝝ/atq; exemploꝝ serie cõprobatũ/quodq; post hominũ memoriã in ppetuũ/ donec humanũ genus cõstabit/

ratum/firmũq; futurum est. Hæc cum ita sint, nemo mortaliũ in præsentia priuati potius commodi/& salutis causa moueri debet/q̃ cõmuni reipublicæ/ ciuiumq; cõmodo/ & existimationi inseruire. Quippe/ quid est per deum/ atq; hominũ fidem, quod mortalibus ipsis conueniat, & quod maiorem opinionis de his conceptæ/q̃ eorum/qui regem elegerint, ipsiusq; simul spe frustrari/atq; abiicere. Neq; enim ex priuatis quisq̃ adeo felix/ fortunatusq; esse possit, ut nõ euerso rege de republica benemerito/ simul ipse maximũ in bonis detrimentum acceperit. Contra, rex/princepsq; fortunatus extans/cuiuscũq; priuati incõmoda/& damna resarcit, atq; maius inde cõmodum præbere solet. Hinc Aegyptiorũ ille rex Sesostris / q; cum Tiria eius nata uaticinari oblita, quoniam fata homini aspirarent/ad orbis imperium accenderat; qui natæ auspiciis ereptus/ ex amicis/ tum ex aliis delectum agens, anteq̃ extra patriam expeditionem duceret, ne Aegyptii rebus nouis studerent/ munificentia sibi infirmos conciliauit. Nulli homines/aut uinci regis beneficiis fuere immunes, quibusdã exorata indulgens/thesauros/agros/ irrigationes/uiuaria/æs/uectigalia est largitus. Sontes aut in regẽ contumaces sine suppliciis dimisit/multitudinem ære alieno compedibus uinctam/e/ suo satisfecit/a/ uinculis exemit / humanitate/ affabilitate/facundia cũctis blanditus. Illo itaq; militum/heroũq; ardore beneficiis compacto/orbi imperauit. Tam eximiæ fuere huius uiri laudes/q; cum Persæ Aegypto dominarent/& Darius Xersis pater in Memphi statuam suam ante Sesostris constituisset/a/ principe sacerdotum publice eam erigere prohibitus est, quoniam Sesostris opera nondum æquasset. Hac prohibitione Darius nihil accensus, sane lętus ea se æquaturum pollicitus est. Sic Alexander ille Magnus ex Asia ad Indos pergens, milites/ imbribus/nimbis/ frigoribus/uentis attonitos, ac fere summis frigoribus exanimatos circuens/ lapsos erigens/ mori appetentes arguens, solus in tãto errore illesus/ad spem eorum corda excitabat. Cõmilitonibus(extincto uigore)deficientibus, ipse nulla intemperie remissus / hortatu singulos reuiuiscere ciebat. Idem in tentorio apud ignem uagãtem

militem/hirsutum/contractū/ neminem agnoscētem amisit/ quem assurgens/in propria sella statuit. Miles igne/& cōmodis refectus, ubi imperatorem stare / se autem inter Heroes in solio regis sedere agnouit/surgens expauit. Ad quem Alexander subridens ait: Solium Persarum / quod ex edicto/ in eo sedentes capitali mulctabat supplicio/te nunc sub Alexandro uiuificauit. Hic(inq̄)ille Alexander est/qui anteq̄ ad Persas/& ad Indos traiiceret exercitum/patris diuitias suis amicis elargitus, quid pro se retineret ab amico interpellatus/& ea se solum ditari rettulit. Siquidem uir iste magnanimus amicis officio/quorum in prœliis erat usurus/census regios est impartitus. Hinc Octauii principis prudentia apud Actium/Antonio/Cleopatraq; domita/classe uictor(ne respirarent)eosdem insectatus, ut obsessi/ se configerent coegit, & Aegypto potitus / per ocium excelsa Aegyptiorū/ ac Alexandri/ Olympiadis corpus contemplari est summe oblectatus, ipsiusq; cadauer corona aurea / & aspersione florum ueneratus/illud molliter recondi iussit. An Ptolomei relliquias cōspicere uellet/regem nō, autem mortuos intueri sciscitantibus respondit. Hi quidem reges/a/tot Gorgonibus septi uictores euasere/quale inter Heroas memorabile nacti fuere nomē ut Mamcæ, Alexander, Philippiq;/& multi Cæsares, qui nō tantū armis, sed prudentia/ ac consilio contra hostes conflixere. Siquidē Rhinocerotis, leonū/ cæterarūq; ferarum/cornu/uel unguibus interest certare/uerum mortalibus laudabilibus est/prouidentia/tempora obseruando/pugnare. Vt Numam sacrificātem dicamur imitari. Numæ hostes erupisse/suburbiaq; tenere dum nūciarēt, Cursitent(inquit)populenturq;/sibi indulgeant/quo uelint euagentur hostes, ego Numa sacrificiis fretus / supna deorū auxilia ciebo. Sic Perseus ille impiger(ut poetæ fabulantur) ultra Aethiopiam euolans/Medusæ monstro domito/gloriam perennem(unico superato hoste)nactus est. Sic Herculis labores extolluntur/ ipsum perdomuisse monstra/ac cœlum sustinuisse fabulantur. Hinc Orpheus carmine/hymnis/relligione mirabilis/corda hominū/saxa/etsi non semper ad uota/traxit. Nam semel per tot monstra elapsus/lachry-

mis/ & lyra manibus potuit blandiri / non Acheloum, Antæum, Hydram/primo congressu Hercules prostrauit/qui tardius uictor (ut poetæ fingunt) uictor ad sydera gloriosius nomine uolauit. Hinc Prometheus rupe immerito fixus / feliciores exitus sperans, excruciari spreuit/a/ numine (ut prisci finxere) cum nihil esset iucundius sibi assistentem nō diu paui auem. Iason monstris primo territus exit, sed qui gloria posset memoratus portenta, necnon ob scœnas/a/ Phineo Harpias submouit. Bellerophon/a/ fatis distractus(ut poetæ fabulantur) & sibi insonti gentes insidiari conspicatus(inquit)ut timiditas imis/& obscuris semper gloriam arcet, ita infractus animus / summa trophæa sperantibus assistit. Dii enim pietate insignes aderunt comites, Ita orsus/iussit præcedere signa/ & ignem euomentem accendit/expurgauitq; Chymerā. Non equidem ignis extinctus/ille fulgor igneus fuit, qui urendo nō noceat/ & celebritatis gloriam aufert, neq; qui non urit igneus non est. Si tamen non in hoc Plato aberrauerit / duas (inquit ille) ut opinor uirtutes, ignis altera, edax altera: Mulcebis & innoxio lumine asserit/ operatricem uisus / & in superioribus uim suam maxime exercere. Ascanium fatalis exilii cum patre discrimina subeuntem, ignis de cœlo / quasi succenso capite illustrauit / prænuncians ei deberi felicitatem auxilii. Et Seruio Tullo Romanorum proregi: qui matre serua natus/ igneus globus caput operuit: quem ob eximiam indolem uxor Tarquinii Tanaquil, liberaliter educauerat: & clarum fore(uisa circa caput flamma)promiserat. Ergo inter Tarquinii mortem (admittente regina) substitutus in locum regis / quasi ad tempus regnum dolo partum / ut iure adeptus uideretur. Ab hoc populus Romanus relatus in censum digestus in classes, curiis, atq; collegiis distributus / summaq; regis solertia ita est exordinata resp. ut omnia patrimonii/dignitatis/ætatis/artium officiorūq; discrimina in talibus referrerētur/ ac si maxima ciuitas minime domus diligentia cōtineretur. Sic in Alexandro Magno/ Octauioq;, sub eorum ortu charitas ignis miraculo declarata est,

ipsumq; Octauiũ in expeditionem proficiscentem/ dum egreditur prosequens uentus/successum spe fortunat / dum in hostes uexilla ferũtur(aere teste)uexilla eriguntur. Sane cum rerumpublicarũ ea prestantissima sit(ut fere omnes philosophi autumãt)quæ ab uno tãtum rege/ciuili peritia prædito/& optimis moribus instituto gubernatur. Duas præcipuas eius partes censeo: quarũ altera ad uirtutes/& iudicium pertinet, altera ad rerum gerendarum necessitatem. Si enim rex suam rempublicam bene institutam/ciuesq; in ea ad bene agendũ promptos esse uoluerit/ipse prius tanq̃ speculum/in quo bonarum actionũ imagines splendeant/ uirtutes sequatur, amplectatur/& præferat/operepretium est. Nanq; semper ad principum mores/ omnis ciuitas/ omnisq; respublica componi solet, in quos omniũ uertuntur oculi/alliciuntur animi, suoq; nõ amplius/ sed eorum arbitrio/& consuetudine uiuũt. Ita enim cum principi/ tanq̃ præstãtissimo chariores fieri/inuicemq; præstaret natiuo quo dam instinctu percupiant, illum pro uiribus imitari student/ eius uestigia sequi, atq; ita mores imbibere / ut nihil aliud agere / nihil excogitare penitus uideantur. Inde uisi sunt ciues/ pro duce forti/ fortes/maxima subire pericula/mortemq; ipsam oppetere. Inde abstinentes fieri, iusti, modesti, cauti, liberales, magnanimi, cęterisq; uirtutibus præditi/& tanq̃ ab unico eorum sole suũ quisq; splendorem accipere. Sic illa Romana respublica sub regibus septem/quadam factorum industria/tam uariis ingenio, ut reipublicę ratio/& utilitas postulabat. Nam quid Romulo ardentius tali opus fuit, ut regnum inuaderet? Nunquid Numa relligiosius tam & res poposcit, ut ferox populus de relligionis metu mitigaretur? Quid ille militiæ artifex Tullus/militibus q̃pernecessarius, ut acueret ratione uirtutem? Quid instructor Ancus/ ædificatorq;, ut urbem colonia extẽderet/ponte iungeret/muro tueretur? Iã uero Tarquinii ornamẽta/& insignia/quantã principi populo addiderũt ex ipo habitu dignitatẽ. Actus/a/Seruio cẽsus/nisi ut ipsa se noscere resp. Postremo Supbi illius/Flore autore/iportuna dñatio nõ nihil/imo uel plm ꝓfuit. Sic eni effectũ est/ut agitatus iniuriis pplus/cupiditate

libertatis incenderetur, ut uirtutem illam summã amplecteretur. Nã mũdus ipse suos habet elysios/solemq; suũ/sua sydera norunt. Virtus quidem solaris quidã radius est/ab arce claritatis omnibus condonatus est, & qui omnia / quæ attingit / suo splendore eximio peragit. Inde est/q etiã illi/quos huius radii uenustas, quasi repercussa suis specie uidetur afflasse affatim/in ciuiũ aspectu clarescũt/ uirtutisq; trophæo perenni illustrantur gloria. Sed quia uirtutum omniũ fons/& origo est diligẽdi uirtus/quã deum opt. max. noscimus/colimus/& ueneramur, qua bonitatẽ eius/pulchritudinẽ/maiestatem/rerũq; oium ab eo exitum gradatim, nosq; metipsos auertimus/conspicimus/& amamus præ cęteris, est in rege collocanda. Hãc enim religiosus/optimusq; fiet, hanc probe suã remp. mortalibus/& deo gratus custodiat, quod utiq; uera/ & sola uirtus meret, nõ quæcũq; uirtutis imago/hoc aũt esse censeo/quicquid egregiũ de naturæ beneficio/ mẽtisq; exercitio philosophi sibi repromittũt. Hinc poeta : Satis orare Iouem, qui donat, & aufert. Det uitã, det opes, animũ mihi ipse parabo. Et alibi : Nullũ numen habes, si sit prudentia ; sed te : Nos facimus fortuna deam , cœloq; locamus. Vnde Cato : Licet uerũ nõ agnouisse deum/priscorũq; superstitionibus aberraret, Illibia tamen Iouis/quem colebat cõtempsit oraculo, sed ad ea/quæ sibi gerenda erãt/sufficere arbitratus. Quippe longe nanq; meliusq; uirtute/ueraq; dilectione/q metu, imperium reip. continetur. Metus plerũq; odiũ aufert, id aũt publici boni neglectũ/& priuatis studiũ parit/ex quo seditiones/rixæ/discordię/& rerump. euersiones deniq; exoriunt. At cũ ciues/a/recto rege diligi se cõspexerint/omnes illi gratã rem pagere/inseruire/munera, quæ sibi imposita exequi exactissime curabũt/& ueluti facibus quibusdam accensi/nihil erit tam noxiũ/atq; difficile/arduũq;, quod non alacri mente aggrediantur / quantũuis mors ipsa præ oculis præspiceretur. Tot sunt in hac re maiorum nostrorum exempla : qui pro patria : pro uirtute : pro gloria, nisi diuino quodam ardore correpti, tot in Christiana relligione martyrũ trophæa : qui acerrimos cruciatus, tormẽta, extremaq; uitæ supplicia, ac diligendi/amãdiq;

uirtute, tanq̃ aliarum omniũ arce perpessi sunt. Sic quoq; illi deo optimo maximo dilecti prisci parentes/nam nunq̃ humano generi ad noctis suæ tenebras/ cęcitatisq; molestias depellẽdas sua sydera defuerũt. Vni quidẽ uirtutis fulgore fulgẽtes/qui ad cultũ iustitię alios exercebãt. Nõne Abel innocentiã docuit? Enoch munditiã? Noe spem? obedientiã Abraham? Isaac castimoniam coniũgi instruit? Iacob laboris tollerãtiã ostendit? Ioseph patricidas fratres boni retributionem remunerat? Iob patientiæ indicit exemplũ? Indurati in deũ/ & semper exacerbãtis populi Moysi mansuetudo ostẽditur? & iminẽtibus improsperis fidẽtis Iosue magnanimitas declaratur? Hi fuere septẽ millia uirorũ/quos dñs intactos præseruauit, ut nõ curuarẽt genua ante Bahal, aut cuicũq; impietati animas prostituãt. Hæc est illa (inq̃) uirtus/quæ infima supręmis coniungit, quæ diuina omnia/ & humana cõplectitur/omnia perficit/ omnia firmat/omnia persistere facit. Hãc munus ipsę supernę creatæ mentes/hanc totius uniuersi q̃admirabilis ordo concludit, quę naturæ sunt omnia/ex imensa illa obscuritate/& cõfusione in lucẽ/ ordinẽq; redacta, imo & lux ipsa/quã inquiũt/e/ coelo in terrã Prometheũ detulisse/ omnisq; & uitæ/ & sapientiæ splendor inde processit. Hæc deniq; uirtus/imo uirtutũ oium parẽs/ eo magis est terreno principe digna/quo deus ipẽ mundũ suo iure gubernat. Hãc si perfecte calluerit princeps/tenore uno/uelut ab Herculeo lapide pendẽtes uirtutes alias assequet/ictibus fortunæ resistet/cũ ea certabit/& uincet/nihil nimio amore/uel odio/ nimia letitia/uel dolore/spe/uel desyderio prosequet, sed optime ex utroq; cõtrario cõpositã/& ad mediũ redactã in seipso pariet harmoniã/ quã mox in ciuitate diffundet/uoluptates abiiciet/aspernabit opes, cẽm ambitũ ac inanem gloriã propulsabit/omnia illi ad uota succedent/optime imperabit/suũq; felix augebit/ auctũq; perpetuo conseruabit imperium. Nõ tamen usquequaq; decorum est/quod in tenebris ignorantiæ obumbratur. Nec potest quisquam clarescere/ac illustrari/ nisi in fide illius/ qui lux uera est/ & illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Cum nisi immortalis dei uera relli-